I

WiMBP
Opole

835 st.

K-45/70

MODVS

LEGENDI ABBREVIATVRAS,

PASSIM IN IVRE TAM CIVILI QVAM PONTIFICIO occurrentes, nunc recèns diligentiùs quàm antehac recognitus atq; in lucem æditus

CVI IN GRATIAM ET VSVM iuris candidatorum recenti studio acceßére

LEGVM FLOSCVLI, NVNC DEMVM integritati suæ restituti.

BROCARDICA IVRIS, SEV VERIVS COMmunes Iurium sententiæ, serie Alphabetica digeßtæ, & repurgatæ.



COLONIAE AGRIPPINAE, Apud Petrum Horst. Anno M.D.LXXXX.

PRAEFATIO.

ETSI Imperatoris testimonio laudabilior sit, qui factum subtilius emendat, quàm qui adinuenit: laude tamen non minima afficiendos eos arbitror, qui primas bonarum artium promulgationes summa cum lucubratione sequacibus delegauerunt: quoniam, vt testatur Philosophus, nedũ ijs ex quibus perfecte, sed & ijs ex quorum imperfecto opere adinuento adveram Philosophiæ lucem tandem ventum est, gratiæ sunt porrigendæ. Quamobrẽ cùm libellus, qui modus legendi in vtroque Iure dicitur, opus equidem primò Iuris cunabula introeuntibus ne dicã vtile, imò necessarium, plurimis tum diminutè, tum superfluè positis vndequaque antea notaretur: vt tandem Iuris studiosi consultiùs securiusq́, inhærerent operi, hoc idem opus correctum, emendatum, omni denique superfluitatis seu diminutionis macula vitioq́, purgatum est: vt per hæc, quæ sequuntur scripta, omnibus luculentissimè panditur.

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS, TAM IN LIBRIS IVRIS CIVILIS QVAM *Pontificij passim occurrentes.*

QVIA præposterus est ordo priùs humana petere subsidia, vt illis deficientibus, diuini fauoris gratia postulet: vt de consecrat. distin. 1. c. omnis Christianus, in fi. & in prin. Apparatus. Io. And. lib. 6. imò vix bono peraguntur exitu, quę malo sunt in choata principio lxj. dist. c. miramur. 1. q. 1. principatus & c. cùm Paulus. ideò diuino primitus implorato præsidio, cùm Iuris vtriusque scientia tam legum quàm canonum preciosissima, non adminiculatiua, sed principalis & sacratissima, imò diuinitùs inspirata sit, maximè cõpetens principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæterisq; nobilibus, clericis atq; generosis personis iurisdictionum, & iurium ipsorum munitionen habentibus, statui, vt huius vtriusque Iuris scilicet Canonici & Ciuilis notitiam aggredi volentibus, tam in legendo, quàm in studẽdo, facilis, breuis & planissimus pateat accessus, in textibus, apparatibus, summis, glossis, recollectis, & omnib. abbreuiaturis Legũ & Canonũ, ad Omnipotentis DEI laudem, & iuniorum scholarium, sacerdotum, & iuris alumnorum instructionem: quæ aliter fieri non habet, quàm illorum informatio, quos scholasticis doctrinis scholas fortè regẽdo sua laboriosiùs oporteat quęrere nutrimenta. Attento, quod omnis processus artium & scientiarũ generatiuũ ordinem in se debet habere, & propter vitæ humanæ insufficientiam breuitatem continere: talem, vt sequitur breuissimum. instruendi modum obseruan-

seruandum esse censeo pædagogis Nobilium: salus tamen emandatione meliorantium rationabiliter hunc discendi modum. Prehabitis ergo scholasticis disciplinis, & puerilibus eruditionibus in donato, casualibus & temporalibus in Alexandri partibus ambabus, declinationibus. coniugationibus. & constructionis ordine, cum moralibus authoribus Catone vel Paceto &cæt. non per vitæ medietatem liberalibus & adminiculatiuis artibus insistendo, vt sunt Grammatica, Logica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia: sed his compendiosè transcursis, principalibus scientijs, videlicet tramiti Philosophiæ suadeo citiùs appropinquare: & tandem Iuri Canonico & Theologiæ practicæ finaliter immorari. Nam, vt ait beatus Hieronymus. Illi in vanitate sensus & obscuritate mentis ambulant, qui diebus & noctibus in Dialectica arte torquentur &c. Vt in Canone, Nónne. distinct. xxxvij. vbi reprehenduntur dialectici, & rerum naturas inquirentes, nec non versificatores. & eadem dist. c. legimus. vbi vanam dialecticorum garrulitatem & sophistica argumenta intelligit Hieronymus per ciniphes & ranas, quibus Aegypti sunt percussi.

Primò, præmitto nomina librorum in vtroque Iure, tam Pontificio quàm Imperatorio, annectẽdo cuilibet horum diuisionem in libros partiales. Deinde subiungam modum allegandi in quolibet libro cum exemplorum positione de abbreuiaturis: vt introitus ad iura capessenda manifestetur, quorum ignorantia paucos excusat: iuxta regulam. Ignorantia facti non iuris excusat. vt de regulis iuris. c. ignorantia. libro 6. quæ regula duos habet articulos principales. Primus, quòd ignorantia facti quẽlibet excusat: maximè dum est ignorantia facti probabilis. Tunc enim in toto excusat ignorantẽ: vt in l. error facti. C. de Iuris & facti ignorantia. Quod enim per me non stat, mihi

mihi imputari non debet: vt in cap imputari. de reg. iur. lib. 6. Secundus articulus est, quòd ignorantia iurs neminẽ excusat: qnia Ius quilibet scire tenetur, & niemini licet ipsum ignorare: vt in l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. Debemus ergo scientiam Iuris omnes appetere, ne in contemptum Dei nos incidere contingat. Nam contemptores Canonum peccant in Spiritum Sanctum: cuius instinctu, nutu & gratia ipsi sacri canones æditi sunt. vt xxv. quæst. j. violatores. & c. nulli fas.

Pro quo sciendum quòd IVS est ars boni & æqui: cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. id est, sua iura cuilibet ministrantes. ff. de iust. & iur. l. 1. resp. 2. Est autem Ius nomen generale: & Lex est species iuris. Etiam Ius dicitur præceptum seu ordinatio principãtis vel domini, circa subditos. Et sic ius triplex distinguitur: quia talis superior principans aut est Deus: & tunc dicitur Ius diuinum. Aut est natura & dicitur. Ius naturale primæuum. Aut est homo: & tunc dicitnr Ius humanum, scilicet gentium vel ciuile, seu positiuum.

Ius naturale est commune omni nationi, eò quòd vbique instinctu naturę, non aliqua constitutione habetur: vt maris & fœminæ coniunctio, puerorum educatio, communis omnium possessio: quia iure naturali omnia sunt communia, id est, communicanda tempore necessitatis. Nemo enim propriũ dicat, quod cõmune est, vt dist. 17. ca. sicut hi. in medio. & illud ius æquissimũ est: quia eius prꝛcepta in lege & Euãgelio cõtinentur. vt, Quod tibi vis fieri, mihi fac: quòd nõ tibi: noli. Sic potes in terris viuere iure poli. vt distinct. 1. in prin. distin. l. ponderet. aliàs cõsideret. 1. q. 6. decreto de maior. & obed. delict. vbi includitur, Non furtũ facies, Nõ mœchaberis, Nõ occides, Nõ suscipies vocẽ mẽdacij, Exod. xxj. & xxiiij Deuter. v. c. Ozee. vij. c. cum multis similibus. Hoc ius cœpit ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed est immutabile

plenum & perfectum distinc. v. in prin. & dist. 8. in princ. Sed ius positiuum, est cõstitutio hominis variabilis & imperfecta. Et subdiuiditur in Canonicum & Ciuile. Nam sicut ex duobus componitur homo, scilicet materia & forma: sic duæ sunt dignitates in Ecclesia militãte, scilicet Pontificalis authoritas & imperialis potestas, vt de maior. & obed. c. solitæ. Ex quibus iura duplicia prodierunt. Papa enim est conditor Canonum, & Imperator Legum. Ex quo iam patet causa efficiẽs vtriusq; Iuris. Sed causa materialis Iuris positiui, est Leges & Canones Decreta seu Decretales epistolæ: circa quæ omnia versatur ipsum ius. Et cõcidit cõmuniter causa materialis cum subiecto. Vnde subiectum Iuris Canonici est bonũ ecclesiasticum fidelium directiuum, decisionem singulorum negotiorum continens, rerum ecclesiasticarum vtilitatem conseruans. Vel est homo catholicus dirigibilis de Iure Canonico in bonũ humanũ similiter & diuinũ. Nam sicut scientia supponitur scientię, ita subiectum subiecto. Et philosophiæ moralis, cui scientia iuris vtriusque subordinatur, subiectum est bonum humanum: igitur &c. sic subiectum Iuris Ciuilis est homo politicus, constitutionibus legalibus dirigibilis simpliciter in bonum humanum ad Reip. vtilitatem conseruandam. Causa finalis satis patet ex dictis. Nam finis iuris est bonos & scientes efficere, nõ metu solum pœnarum, verùm etiam exhortatione præmiorum. Causa verò formalis duplex est, scilicet forma tractandi, quę est modus agẽdi: vt definitiuus, diuisiuus, præceptiuus, prohibitiuus, & exemplorum positiuus. Et forma tractatus, quæ consistit in diuisione librorum totalium in partiales: & partialium in titulos, seu rubricas, & titulorum in capitula leges, paragraphos, vel responsa, &c. vt infrà dicetur.

IVS Canonicum in quatuor libris principalibus nobis est traditum. Primus liber Iuris Canonici est Decretum.

cretum. Secundus, Decretales. Tertius, Sextus liber. Et quartus, Clementinæ, scilicet Constitutiones. Pro quo sciendum quod differentia est inter Decretum, Canonem, & Decretalem epistolam. Hæc differentia notatur distin. 3 §. porrò, vbi dicit Gratianus, Canonum alij sunt decreta Pontificum, alij statuta Conciliorum. Nam Canon propriè dicitur statutum in Concilio generali vel prouinciali factum authoritate episcoporum, vt de consec. distin. 1. capit. 1. Decretum verò est statutum quod Papa de consilio Cardinalium, ad nullius tamen consultationem statuit, & in scriptis redegit, vt de rescript. ca. præsenti. Hic autem Decretum sumitur pro nomine libri, in quo Decreto sanctorum patrum dicta descripta sunt. Capitur etiam aliter Decretum de rebus eccles. non alienan. ca. 1. lib. 6. in gloss. magna, in fine, vbi ponitur differentia inter decretum, authoritatem, & cõsensum, vel collaudationem iudcis, &c. Sed Decretalis epistola dicitur, quam Papa solus, vel de consilio Cardinalium ad cõsultationem alicuius rescribit, & respondet. vt de rescript. cap. 1. & glos. 3. §. omnes hæ species. distinct. 3. Etiam inuenitur hoc Decretale, vt xxv. quæst. 1. omnia decretalia. Indifferenter tamen Decreta, Canones, & Decretales, Ius Canonicum nuncupantur, vel Canones, & vnum sæpè pro reliquo sumitur. Vocatur etiam Canonica institutio aliquãdo dogma, quia consistit in doctrina fidei Christianæ. de consecr. dist. 5. ca. fin. Aliquando mandatum, quia consistit in doctrina de moribus. distin liiij denique. Aliquando interdictum, quando nulla pœna adijcitur. de consecr. dist. 3. non oportet. Et quandoq; sanctio, quando pœna additur. 27. quæst. 4. si quis verè. Hinc etiam hoc nomine Decretales in plurali numero, vtimur pro libero in quo dicta capitula, quæ etiam Decretales dicuntur, continentur.

VENIO nunc ad libros. Primum itaque librum Iuris Canonici, qui Decretum dicitur, composuit magister Gratianus, non quidem inueniendo, sed dicta sanctorum patrum in diuersis dispersa voluminibus in vnum volumen debitè & ordinatè colligendo: & hoc circa annum Domini millesimum centesimum nonagesimum tertium. Fuit etiam ille Gratianus vnus de tribus fratribus, cuius alter frater Petrus Lombardus librum Sententiarum conscripsit, & tertius Petrus Comestoris, vel Manducatoris, qui scholasticam historiam fecit. Diuiditur autem hic liber primus Decretũ, in tres partes principales. Quarum prima vocatur Distinctiones, quæ vlteriùs subdiuiditur in partes centum & vnam, quarum quælibet distinctio dicitur. Habet enim hęc prima pars Decreti distinctiões centum & vnam, à quibus ipsa tota nomen est sortita. Istæ autem distictiones vlteriùs subdiuiduntur in canones vel capitula, qui canones interdum propter aliquorum ipsorum prolixitatẽ subdiuidi possunt in paragraphos, & paragraphi ipsi, si longi fuerint, in versiculos. Secunda pars Decreti nominatur Causæ, & cõtinet in se 36. causas, in quas diuiditur, à quibus & nomen accepit, quæ causæ subdiuiduntur vlteriùs in quæstiones: & hæ quæstiones in canones vel capitula, quæ vltrà in paragraphos & versiculos subdiuidi possunt: vt supra de distinctione canonum præmissum est. Est tamen animaduertendum, quòd causa 33. habet quæstiones sex: quarum quæstionum tertia nõ diuiditur immediatè in Canones vel capitula, sed inibi interponitur. Tractatus de pœnitentia, qui continet in se distinctiones septem, in quas diuiditur. Et hæ subdiuiduntur in capitula vel canones. & paragraphos, vt suprà dicebatur. Et interdũ diuitur in paragraphos absque capitulis. Tertia & vltima pars decreti nuncupatur de Consecratione, & habet sub se quinq; distinctiões, in quas diuiditur: quarũ qlibet in plures

plures subdiuiditur canones. vel capitula: & quandoq; in paragraphos, vt suprà dictum est. Versus.

Decretum centum distinctiones dat & vnam.
Treginta causas, & sex addit tibi mixtas.
Distinguit septem pœnitentia, consecrat quinque.
Autorẽ quarũ tibi declaro Gratiannm. Vel sic breuiùs.
C. distinguit, & 1. causas, dabit. x. tria cum sex.
Pœnitet. v. versum vult consecrare reuersum.

NVNC ponenda & notanda sunt exempla allegationum. Et de prima parte Decreti nota, quòd illa syllaba di. vel dis. ctiam sola litera, d, significat distinctionem: & numerus immediatè sequẽs denotat quotam distinctionis. Vltimo ponitur principium canonis vel capituli, in quo authoritas vel allegatio continetur. Exemplum accipe in prima parte Decreti, vpi sic allegatur. viiij. distinctione. quo iure. & hoc sic abbreuiatur, dis. viij. quo iure. id est, in prima parte Decreti, in distinctione. 8. illius partis, in canone, qui incipit, Quo iure, Aliud exemplum. dist. 37. nónne. & cap. legimus. 1. in prima parte Decreti, in distinctione tricesima septima eiusdẽ partibus. in canonibus, qui incipiunt. Nónne &, Legimus. Item aliud, distinct. xl. multi. & cap. non loca. & dist. l. ponderet. quod declara, vt priùs. In secunda parte Decreti nota, qnòd per numerum positum ante literã, q, datur intelligi quota causæ. Et sic omnia talia adiectiua numeralia, prima, secunda, tertia, quarta, &c. vsque ad trigesimam septimam ante literam, q, posita, semper includũt hoc substantiuum causa. Nec debet ille numerus excedere 36. quia non sunt plures causæ in secunda parte Decreti: & per literam, q, intelligitur quæstio in nominatiuo vel alijs casibus secundum exigentiam congruitatis. Communiter tamen in ablatiuo allegatur quæstione. Sed per numerum sequentem istam literam, q, designatur quota quęstionis illius causę pmissæ. Et sic numerus sequens erit adiectiuum istius substantiui,

quæstione, per q. designati, quod nunquam subintelligitur, sed semper expresse ponitur. Vltimò subiungitur canon, vel capitulum illius quæstionis in quo authoritas allegata quæri debet. Exemplum sume de secunda parte Decreti, vbi sic allegatur. 1. q. 1. principatus. & capitulo, cum Paulus. Et solet ita breuiari. 1. q. 1. principatus. & valet tantũ, in secũda parte Decreti in prima causa illius partis. & in prima quæstione illius primæ causæ in canonibus incipientibus, Principatus. &c. cùm Paulus. Isto obseruato quòd in toto iure non breuiatur principium canonis, capituli, vel legis, sed semper integrè ponitur prout in libro continetur. Aliud exemplum. 11. quæst. 3. inter verba. xvij. q. 2. 1. si quis suadente. Item. 23. q. 1. noli æstimare. & c. militare. 26. q. 5. non liceat. & c. aruspinæ in ver. nec ideò. Declara ista exempla, & signanter vltimum, in secunda parte Decreti, in causa 26. in quæstione 5. eiusdem causæ in canonibus, qui incipiunt, Non liceat, &, Aruspicinæ, in ver. nec ideò. Quia tamen tractatus de pœnitentia inferitur in quæstione. 3. ipsius causæ tricesimæ tertiæ vt sup. dictum est, ideò sumatur exemplum vbi sic allegatur, de pœnitentia. disti. prima, homicidiorum. & capitulo, homicidium. hoc sic breuiatur, de pœ. dist. 1. homicidiorum. & ca. homicidium id est, in secunda parte Decreti, in causa 33. in quæstione tertia istius 33. causæ. in distinctione prima illius quæstionis, in tractatu de pœnitentia, in canonibus, qui incipiunt, Homicidiorum, &c. Aliud exemplum, de pœnitentia dist 5. oportet enim. de pœn. dist. 7. c. 1. intellige, vt priùs. & specialiter vltimum. id est, in tractatu de pœnitentia. dist. 7. & vltima istius tractatus in capitulo primo huius distinctionis. Et sic quando allegatur capitulum. 1. 2. vel 3. non ponitur principium capituli vel canonis, &c.

De tertia parte Decreti pone exemplum, vbi allegatur hoc modo, de cõ. di. 1. nocte sanct. ca. missas. & c. omnis

omnis Christianus. Quod ita breuitatum sic intelligitur. id est, in vltima parte Decreti, quæ intitulatur, De cõsecratione. in prima distinctione illius partis. in canonibus qui incipiunt. Nocte sancta, &c. Item aliud exemplum. de cons. dis. 2. in cœna. & cap. liquido. de cons. dis. v. non mediocriter. ne tales. & c. nusquam. id est, de consecratione, distinctione secunda & quinta, in capitulis incipientibus. In cœna. Liquido. &, Non mediocriter & c. Non debet autem in tertia parte Decreti vltra quintam distinctionem allegari. sicut nec in secunda parte vltrà septimam, & in prima parte nõ vltra centesimam primam quia nulla partium plures habet distinctiones. Ideò vltrà allegans notaretur tanquam imperitus errare. Et quia in qualibet parte Decreti sunt distinctiones, nota differentiam in allegando. Nam quando allegatur distinctio absolutè cum numero sine addito alterius determinationis, vt dicẽdo, dis. j. ij. iij. iiij. vel v. & c. tunc quærendum est in prima parte decreti, vbi sunt centũ & vna distinctiones. Quando autẽ allegatur distincto cùm addito de pœnitentia, vt sic, de pœ. dis. j. ij. iij. & c. tunc quæri debet in secunda parte Decreti. in causa. xxxiij. & q. iij. illius causæ, vbi ponitur tractatus de pœnitentia, qui habet 7. dist. vltra quas non allegabis ibi, si velis Iurista videri. Sed si allegatur di. cum addito tali, de cõsecratione: vt sic, de consecra. dist j. ij. vel iij. & c tunc quæratur in tertia parte Decreti, vbi sunt tantùm quinque distinctiones: nec etiam plures allegabis, aliàs te ostẽdes Iurisignarũ. Et sic in omnibus his tribus partib. decreti allegatur constitutio cum quota sequente. sub ea differentia, quòd interdũ nulla determinatio præcedit, vt in prima parte interdum præcedit, & hoc dupliciter. Aut præcedit de pœni. vt in secunda parte Decreti. Aut de consecratione, vt in tertia parte Decreti. Item in secunda parte allegatur quota causa tacento illud nomen causa, sed subintelligendo. & sic etiam in fœmino

minino genere adiectiuum numerale substantiuetur, includendo suum substantiuum: vt prima, secunda, tertia, quarta, &c. subaudi causa: deinde substãtiuum, quæstio, cum suo adiectiuo expresse ponitur: scilicet quæstione prima, secunda, tertia, quarta, &c. Postea initium canonis: vt, Omnis. Ponderet. Nónne. Legimus, &c. Etiam quandoq; per paragraphos allegatur, omisso nomine capituli, & subiungitur principiũ paragraphi: vt. 2. q. 6. §. biduum. Et frequenter quando allegatur capitulum, non est opus allegare paragraphum, & è conuerso. Si verò capitulum est longum, dicatur in prin. med. vel fin. aut circa prin. med. vel fi. vbi authoritas vel textus allegatus habetur. Finaliter: Dilige Decretum si gliscis canonicari. Distinguit, causat, pœnitet, & consecrat. Et tantum de primo libro.

SECVNDVS liber Iuris canonici, qui Decretales nominatur, à Gregorio Papa. 9. compositus est, qui in vnam compilationem redigi procurauit per magistrũ Raymundum suum capellanum, diuersas decretales epistolas prædecessorum suorum corrigens & concordans. & hoc circa annum Domini millesimum ducentesimum xxxj. Et sic penè annis xxxviij. post compilationem Decreti, Decretales in hanc formam redactæ fuére. Nam post hoc sub anno Domini M. ccxlvj. Concilium Lugdunense fuit celebratũ ab Innocentio Papa. iiij. anno sui Pontificatus ij. in quo multas edidit constitutiones, quas etiam suo tempore super Decretales conscripsit. Etiste liber Decretales vocatus diuiditur in quinque libros partiales. Quorum quilibet vlteriùs subdiuiditur in multos titulos vel rubricas, & tituli in capitula, & capitula in paragraphos, & hi interdum in versiculos. Primus aũt liber partialis Decretalium tractat de personis ecclesiasticis, & ecclesiæ ministris, & de eorum officijs, & quomodo tales creandi & ordinandi sunt. Et continet titulos. xliij. Secundus liber Decretalium, est de Iudicijs, & requisitis in iudicio. &

cio. & habet xxx. titulos. Tertius est, de Vita & & honestate clericorum, & rebus eorum, & rebus ecclesiarum. & habet titulos L. Quartus, de Sponsalibus & matrimonijs, & de cæteris his annexis. & continet xxj. titu. Quintus & vltimus liber partialis Decretalium, est de Accusationibus, de criminib. & de diuersis pœnis pro ipsis infligendis. & continet titulos xlj Omnibus ergo computatis totalis liber Decretaliũ habet titulos, vel rubricas ducentas minus quindecim, hoc est, centum & octogintaquinque. De quibus prædictis nota hos versus.

Pars prior officia creat, ecclesiæq; ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & vita presbyterorum.
Quarta docet quales sint ritus coniugiorum.
Quintaq; de vitijs & pœnis tractat eorum. Vel sic breuis.
Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.
Hæc tibi designant quid quæque volumina signant,
De numero titulorum versum nota sequentem.
Bis septem demptis simul vno ferto ducentos.

Qui tituli ponentur infrà prosaicè & metricè. Nunc summatur exempla ex decretalibus: vbi sic allegatur, de summa Trinitate & fide catholica. damnamus hoc ita breuiari solet: de sum. tri. & fide ca. damnamus. Aliud exemplum: de electione & electi potestate, cùm in cunctis. hoc ita breuiari solet. de elect. cùm in cunctis. id est, in libro Decretalium, sub titulo de electione. in capitulo quod incipit, cũ in cunctis. Aliud exemplum: de foro compe. diligenti. Aliud: de vi. & ho. cleri. vt clericorum. Aliud: qui cle. vel vouen. ma. contra. post consuluit. Aliud: de pœ. & re. omnis vtriusq;. Ista exempla sic breuiata suo modo sunt explicãda, vt primum exemplum. & ita de alijs.

TERTIVM librũ, qui Sextus appellatur, composuit Bonifacius Papa viij. in quo Decretales epistolas

suorum

suorum prædecessorum, videlicet Gregorij x. Innocentij iiij. Clementis iiij. & aliorum cum suis proprijs epistolis recollegit in vnum libr. quem Sextum appellauit, non sic quòd ille cum alijs v. partialibus libris Decretalium in vnum volumen Sextus connumeretur: sed quia liber est specialis post dictos quinque editus, supplens defectum diuersorum casuum emergentium in alijs non comprehensorum. Et sunt promulgatæ constitutiones libri Sexti, anno à natiuitate Domini millesimo ducẽtesimo nonagesimo octauo, nonis Martij Pontificatus Bonifacij Papæ octaui anno 4. Diuiditur autem Sextus eodem modo in quinque libros partiales sicut decretales: & quilibet horũ librorum in titulos: & hi per capitula & paragraphos, vt suprà: quamuis in Sexto non sint tot tituli sicut in decretalibus, nec tot capitula in titulis. Sed vbi deficit aliquid nõ plenè decisum in Decretalibus, id ponitur in Sexto. Sunt namq; modo sumenda exempla de libro Sexto, vbi sic allegatur: de cõstitutionibus. vt animarum. lib. Sexto & de rescrip. statutum. §. cùm verò. ver. nullus. libr. eo. Hoc sic intelligitur: id est, in libro sexto, sub titulo de cõstitutionibus, in capitulo quod incipit, Vt animarum. Et titulo de rescriptis, in capitulo quod incipit, statutum. in §. illius capituli, qui incipit, cùm verò, in versiculo, nullus. libro eodem Et sciẽdum, quòd in Sexto allegatur eodem modo, vt in Decretalibus hoc solũ mutato, quòd in sexto allegando semper in fine additur, li. 6. propter differentias librorum: quia omnes rubricæ Sexti sunt etiam in Decretalib. Debet ergo ad rubricam post capitulum addi, libro sexto, vt sciatur esse in Sexto. Quod si non additur, quæritur ca. allegatum in Decretalibus: & sic errare contingeret ex omissione huius additionis libro sexto: quia capitulum allegatum in Sexto non inueniretur in Decretalibus. Alia plura possunt exempla sumi: vt de iudic. mulieres. §. cæterùm. & cap. seq.

lib.

lib. vj. de cleri. coniug. c. vnico. §. in cæteris autem, eod. lib. de concess. præben. detestanda. lib. 6. de censi. quam. quam eo. lib. quę sunt declaranda suo modo, vt suprà. Et tantum de tertio libro.

QVARTVM librum iuris canonici, qui Clementinæ dicitur, subaudiendo cõstitutiones. incipit & edidit Clemens Papa v. sub anno Domini millesimo trecentesimo decimo, in Concilio Viennensi, quod sex mensibus tantum durauit, sed ipse Clemens morte præuentus, ad publicum non perduxit: sed post eum Ioan. Papa xxii. compleuit, correxit, in quibusdã mutauit & excutioni demandauit. Quæ cõstitutiones ita collectæ dicuntur Clementinæ, à Clemente v. & fuerunt promulgatæ anno Domini M. trecentesimo sexto. 4. Calendas Nouembris. de quo vide gloss. in procemio Clementinarum, in ver. Nouembris, & in verbo, Pontificatus. Et secundum Ioann. Andr. in procemio huius libri malè dicunt illi, qui allegant librum septimum: quia dictæ constitutiones non sunt connumeratæ sub nomine libri, sed debent intitulari Clementinæ, vt suprà dictum est. Et diuidũtur Clementinæ eodem modo in quinque libros iuxta materiam istius versus:

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

De qua tractãt, sicut Decretales & Sextus: licet pauciores contineant titulos, & tituli pauciora capitula, in quos & quæ rursum diuidũtur. Sunt autem exempla taliter in his accipienda, vbi sic allegatur: de hæreticis, ad nostrum in Clementinis. hoc sic breuiatur, de hæret. ad nostrum. in cle. 1. in constitutionibus Clementinis, sub titulo de hæreticis & Manichæis, in capitulo quod incipit, Ad nostrum. Aliud exemplum: de reliq. & vene. sanct. si dominum, in Clement. id est, de reliquijs & veneratione sanctorum, in capilo, Si dominum, in Clementinis. & sic de alijs. Nam hic allegatur per omnia sicut in Decretalibus. solùm eo dem-

pto, quòd

pto, quòd additur hic in Clement. ſicut in Sexto additur, libro ſexto, propter rationem ibi dictam, Et poteſt hæc additio præmitti: vt ſic allegando, Clemen. paſtoralis. §. rurſus. in fi. id eſt. in Clementinis, in capitulo, Paſtoralis. §. rurſus in fine illius paragraphi, vbi dicitur: Qui falcem mittit in meſſem alterius, perperam agit. Et hęc de allegationibus & exemplis Iuris Canonici. quo ad quatuor libros ſufficiant. Et vt dicti libri cognoſcantur, ſciendum quòd Decretum ſic incipit, Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Decretales incipiunt, Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Sextus incipit, Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Clementinæ diuerſimode ſolent incipi. Quandoq; ſic, Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Quoniam nulla iuris ſanctio. Quandoque ſic, Clemens epiſcopus, &c. Fidei catholicæ fundamento, &c. Et antequam veniam ad materiã Decreti in diſtinctionibus & cauſis, & ad rubricas in Decretalibus, de libris legum. & allegationibus in eis præmitto.

IVS enim Ciuile vel Imperatorium (quod leges appellatur) traditum eſt nobis in multis, & generaliter in quatuor voluminibus, quæ dicuntur libri legales, vt ſunt Digeſtũ, Codex, Inſtituta, & Authenticum, quibus additur liber Feudorum.

PRIMVS ergo liber Iuris Ciuilis, eſt Digeſtum, continens leges & ſtatuta Romanorum. Et continet in ſe quinquaginta libros partiales, qui in tribus voluminibus comprehenduntur. Primum volumen eſt Digeſtum vetus, quod habet xxij. libros partiales. Secundum, Infortiatum: & habet xiiij. libros partiales. Tertium Digeſtũ nouum, quod. 12. habet libros partiales: quibus connumeratis erunt. l. libri partiales. Et vocatur Digeſtum alio nomine Pandectę, nomẽ compoſitũ à πᾶν quod eſt totũ, & participio verbi δέχομαι, quod eſt capio. quaſi omnia intra ſe cõprehẽdẽs eſt enim

eſt enim volumen aliquod omnia vniuerſaliter continens. Vnde Iuſtinianus libros in quibus vetera iura collegit, Pandectas appellauit. volumina illa (inquit Budæus) nihil non continẽtia, & ex quibus poſſis, quod velis, velut è Cornucopiæ depromere, dicuntur Pandictæ: vt Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur. Gell. lib. 12. Tullius Tyro Ciceronis libertus libros de varijs ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit, quos Græco vocabulo Pandectas, id eſt, promiſcua & multifaria continentes libros inſcripſit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes: vt dicitur in l. ij. C. de vete. iur. enuc. §. cum omnia. Et iſte liber Digeſtum eſt collectus ex veteri iure, quod ab vrbe Romana conditum, & à tempore Romuli, vtque ad tempus Iuſtiniani Imperatoris ferè per mille annos & trecentos confuſè ſtatutum fuit: & extendebatur in duo penè millia librorum, & decies contena millia verſuum, id eſt, paragraphorum vel reſponſorum: vt habetur in §. cum omnia. præallegato. Vocatur autem hoc nomine Digeſtum, quia omnia decidenda ibi digeruntur & ſoluuntur. Scribitur etiam per duplex. ff. contra morem omnium librorum Legaliũ, cum nulla litera, f. ponatur in hoc nomine Digeſtum. ideò (vt aiunt quidam) quia per duos Imperatores, quorum quiuis Fredericus nominabatur, poſtea maturiùs ruminatum eſt & digeſtum: à quorum Imperatorum quolibet nomine ſumpta eſt prima litera, f. &c. Alij dicunt eſſe arbitrarium: nec omnium rationem eſſe reddendam, vt in l. non omnium. ff. de legib & ſenatuſconſ. Infortiatum autem dicitur, ab in, id eſt valde, & forte: quia multum fortes leges in eo ſunt, vel quia diſpoſitiones vltimarum voluntatum in illo ſunt. Vnde.

Sum liber en fortis diſponens vltima mortis,
Et clauſis portis me diſcat lector in hortis.

Vt habetur in principio Infortiati, in gloſſa j. vbi etiam dicitur, de nominibus diſputare relinquitur pertina-

cibus secundum Tullium & nomina magistralia sunt ideo de eis non est disputandum. Sufficit saltem quòd attendatur quod in libris dicatur secundum Senec. Vnde,

Qui vult seruare sanctorum singula festa,
Non poterit clarè cum codice scire Digesta.

Et nota, quòd quando in Digesto Veteri, infortiato, vel Digesto Nouo allegatur aliquis textus tunc primò ponitur nomen libri nõ partialis nec Veteris, Noui, vel Infortiati: sed Digesti in genere per duplex ff. postea titulus vel rubrica: deinde apponitur lex illius tituli cum sua determinatione vel numero sequenti. Et si lex sit longa, ponitur. §. primus, vel secundus, vel responsum primum vel secundum &c. Exemplum: in Digesto sic allegatur. ff. de dam. infec. l. si finita. § si quis aũt quòd ita breuiatũ tantũ valet: id est, in libro Digestorũ sub titulo. de damno infecto, in lege quæ incipit, Si finita, in paragrapho, si quis autem, illius legis. Aliud exemplum. ff. ad l. Rhod. de iac. l. nauis. §. cũ autem. id est, ff ad legem Rhodiam de iactu. in lege, nauis, in paragrapho, cum autem. Aliud exemplum, ff. si quadrup. paup. fe di. l. j. §. cum arietes, id est, Digestus in rubrica, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. j. in paragrapho. cum arietes. Item. ff. de vi & vi ar. l. j. §. vim vi. id est. ff. sub titulo de vi & vi armata in l. j. &c. & sic de alijs.

SECVNDVS principalis liber iuris dicitur Codex, qui cõtinet statuta, sanctiones & diuersa præcepta Imperatorum: quamuis communiter loquendo Codex dicatur quilibet liber in se habens diuersos libros partiales. Fuerunt tamen ante tempus Iustiniani Imperatoris tres Codices. f. Codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus. Ergo diuus Iustinianus volens circa hoc adhibere remedium, direxit animum suum ad constitutiones Imperiales & de istis tribus condicibus extrauagantibus fecit fieri vnum codicem, quem

suo felici nomine intitulauit Codicem. Iustiniani: vt patet in rubrica proœmij huius libri. Et scribitur per C. magnum, quæ est prima litera huius nominis Codex. Diuiditur autem in xij. libros partiales, quorum vltimi tres longè post primos nouem compositi sunt, & vltimi tres rarò leguntur à doctoribus. In primis autem ix. libris Codicis allegatur suo modo sicut in. ff. primò ponendo nomen libri Codicis, deinde titulum, postea legem cum suo principio vel numero. Exemplũ accipe sic elegans. C. de præscript. xxx. vel. xl. an. le. si quis. §. pe. i. in libro Codicis sub titulo de præscriptionibus xxx. vel xl. annorũ. in l. si quis. in. §. penultimo, Alia exempla. C. de sacro Eccle. l. sancimus in fi. C. de transf. l. vt responsum. C. de vet. iur. enu. le ij. §. si quid in tanta, &c. Quæ sunt omnia extensis rubricis declaranda in vltimis tamen trib. libris hoc refert. quòd in fine allegationis (vt præmissum est) additur numerus libri: vt allegando C. de iure fisci. l. j. lib. x. C. de Muri. legulis & Gyneciarijs. l ij. lib. xj. C. de dignit. l. si vt proponis lib. xij. similiter de alijs. Et est magis necessarium quosdã titulos pleniùs scribere, quia sunt in his libris trib. valde rari & inusitati tituli: quia non frequentantur in scholis legendo. sicut alij libri ix. Codicis Et volunt aliqui dicere, quòd quando in Codice allegatur, non sit necesse addere. l. dicẽdo sic. C. de iudi. properãdum. sed simpliciter debeat dici. de iudi. l. properandum, siue hoc addito, lege: nisi esset lex. j. ij. iij. vel penul. vel antepen. Tunc enim oporteret addi. l. j. ij. vel penult. &c. Sed siue hoc in toto seruatur siue non, non est magna vis. Item interdum in Codice allegatur Authentica, quæ est antiquo iuri superaddita, & incorporata: vt C. de Episco. & cler. Auth. generaliter. id est, in Codice sub titulo de episcopis & clericis, in Authentica ibi incorporata, quæ incipit, Generaliter.

TERTIVS principalis liber vocatur Authenticum

in numero singulari: & Authentica authenticorum in numero plurali. Et sunt Authentica quædam excerpta, quasi summula librorum suprà dictorum. Et diuiditur iste liber in ix. collationes, quarum quælibet subdiuiditur in titulos. Tituli autem subdiuiduntur non in leges, sed in paragraphos: & quando ex Authentica allegatur aliquis textus, præmittitur primo nomen libri cum præpositione, in, deinde ponitur titulus, postea subiũgitur paragraphus cum ipsius incipitione: & in fine ponitur quota collationis. Quamuis enim collatio naturaliter præcedit paragraphum qui in ea continetur tamẽ collatio cum sua quota consueuit vltimò allegari: licet etiam interdũ ommittatur. Exemplum sumatur sic allegando: in Authen. de lenonibus. §. sancimus colla. iij. id est in libro seu volumine Authenticorũ, sub titulo de lenonibus, in paragrapho qui incipit. Sancimus. sub colla. iij. Aliud exemplũ. in Authen. de trien & semis. §. consideremus. colla. iij. id est, in Authen. de triente & semisse. in §. consideremus, &c. Item in Authen. vt diui. iust. subscript. ha. glo. quæ §. j. colla. viij. id est, in hoc libro, sub titu. vt diuinæ iussiones subscriptionem habent gloriosissimi quæstoris, &c. Et nota differentiam inter Authenticum & Authenticam. Nam Authenticum est liber principalis Voluminis, de quo iam mentio facta est. sed Authentica est lex vna vel paragraphus incorporatus in libr. C. & allegatur hoc modo sicut iam prædictum est in lib. C. in Authent. multò magis. C. de sacrosanct. eccles. &c.

LIBER Feudorum, quia alio nomine dicitur Collatio x diuiditur in duos libros partiales, quorũ quilibet subdiuiditur in titulos: & isti in Capitula & Paragraphos. Vnde vt exemplariter dicatur, in allegatione huius libri. primo ponitur nomen libri, postea titulus, deinde capitulum & §. vt sic allegando: in libro, aliàs & communiùs. in vsib. feud. de prohib. feud. alien. per Fed. cap. j. §. hac edi. & ali. Et hoc breuiatũ sic intelligitur: id est, in vsibus feudorum (qui liber etiam Collatio decima dicitur) sub rubrica de prohibita feudi alienatione per Federicum, in ca. primo, & paragrapho allegato. Et est necesse apponere per Fridericum, ad differentiam alterius tituli in eodem libro de prohib. feud. alien. per Lotharium. Potest etiam nomen libri vltimò subiungi: vt in hoc exemplo. quib. mod. feud. amitt. cap. vnico §. rursus. in vsib. feud. id est, in rubrica, quibus modis feudum amittatur. c. vnico. in. §. rursus. in vsibus feudorum. Etiam interdum allegatur collatione decima, sic breuiando col. x. quia iste liber post ix. collationes authenticorum editus est. Alia possunt accipi exempla multa. De feud. march. duc. & com. id est de feudo marchiæ, ducatus, & comitatus. De inuest. in mar. fac. id est, de inuestitura in maritum facta. De milit. vasal. qui contum. est. id est, de milite Vasallo, qui contumax est. Qual. vasal. iur. deb. dom. fid id est, qualiter vasallus iurare debeat domino fidelitatem. Et ita de omnibus alijs, extendendo & abbreuiando rubricas, cum subiunctione tamen ca. & §. in quo continetur authoritas vel textus allegatus. Et tantum de libro Feudorum.

QVARTVS liber principalis dicitur Instituta, vel Institutiones in numero Plurali. Et diuiditur in quatuor libros partiales, qui sunt introductorij in alios libros legales: imò deseruiunt etiã Canonibus, in quantum declarant significationes terminorum in iure vsitatorum, qui multum vtiles sunt incipientibus, tanquam ostium in domum, in Ius præbentes introitum. Quare consultum est omnibus quasi modò genitis pueris, & adultis lac iuris concupiscentibus, per Institutionum dogmata, sua primaria sumere nutrimenta, vt doctrina præambula informati, Iustiniani mereantur sanctioni securiùs inhærere. Quæ à Christianissimo Iustiniano Imperatore regulariter deriuata omnium imperatorum authoritate, iubet. vetat, vin-

dicat, punit atque permittit Nullus ergo tam præsumptuosus existat, quòd sine institutionum doctrinis ad Iurium, & maximè ciuilium sublimitates conscendere attentet: quoniam ex alto irremediabiliter corruunt, qui volare satagunt antequàm pennas assumant. Fuit autem hic liber de mandato Iustiniani Imperatoris (qui etiam Digestum composuit) editus post Digestum, & post primam compositionem Codicis: ante tamen secundi Codicis quem nunc habemus, compilationem, per magnificum magistrum Tribonianum Quæstorem sacri palatij sui, cum Theophilo & Dorotheo viris illustribus, vt in principio institutionum dicitur. Et huiusmodi libri partiales subdiuiduntur vlteriùs in titulos, & hi in paragraphos, non in leges nec in capitula: & paragraphi interdum quando longi sunt, in versiculos. In allegationibus autem huius libri talis modus obseruatur, quòd primò liber nominatur, postea rubrica, deinde paragraphus cum versiculo. Exempli gratia. Inst. de iust. & iur. §. j. id est, in libro Institutionum, sub rubrica de iustitia & iure. in §. primo illius rubricæ Aliud, Insti. de iur. na. Gen. & ciuil. §. sed quoties, id est Institutionib. de iure naturali gentium & ciuili. §. allegato. Item, instit. de hære. instit. §. hæreditas id est, hęredibus instituendis, paragrapho qui incipit hæreditas & sic de alijs exemplis accipiendum est. Et hæc de nominibus, diuisionibus, & exemplis ipsorum librorum legalium pro nunc sufficiant.

Vt tamen pleniùs noscantur hi libri, nota, quòd Digestum vetus sic incipit: Iuri operam daturũ priùs nosse oportet, vnde nomen iuris descendat. Et primus titulus est, de Iustitia & Iure. Infortiatum verò sic incipit, Dotis causa semper & vbique est præcipua. Et primus titulus est, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Sed Digestum Nouum incipit. Hoc edicto præmittitur, vt siue iure siue iniuria fieret opus, per

per nunciationem inhiberetur. Et est primus titulus de Noui operis nunciatione. Codex incipit, Imperator cũctos populos. Et prima rubrica est, De sum. tri. & fid. cath. præmittitur etiam procœmium, Hæc quæ necessariò. Authenticum incipit: Occupatis nobis circa totius reip. curas. Et est prima rubrica. Si hæres soluere legatum noluerit. Decima collatio, quæ etiam liber de vsibus feudorum dicitur, sic incipit: Quia de feudo tractaturi sumus, videamus primo, qui feudum dare possunt. Et prima rubrica est, De his qui feudum dare possunt, & qualiter acquiratur & retineatur. Institutiones verò sic incipiunt, Imperatoriam maiestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.

Notandum etiam est, quòd quidam liber paruum Volumen appellatus est, continens in se aliquos prædictorum librorum totalium, & aliquos partialium: videlicet Authentica, Vsus feudorum, & tres vltimos libros Codicis, scilicet. x. xj. & xij. qui rarò legi consueuerunt, & titulos habent plerosque rarissimos.

Præmissis itaq; nominibus & diuisionibus librorum vtriusque Iuris cum modis allegandi in ipsis: nunc pro breuiaturis glossarum legendis subiungam quoddam alphabetum, in quo communiores saltem abbreuiaturę textuum & glossarum Iuris continebuntur, quod sic incipit.

A. vel B. &c. Quæcunque literarum alphabeti posita sola in textibus Iuris maximè Decret. signat nomen proprium viri vel mulieris: vt Arnoldus, Bernardus. & sic de alijs: vt de testi. ex parte. A. id est, Adæ. & sic de alijs.

Ab. id est: Abbas scilicet Lapus vel de Castelliano.

Ac. vel Accur. id est, Accursius, glossator in legib. Hic duos habuit filios: vnus vocabatur. Franciscus Accursij, valeas doctor, qui glossis patris sui multas fecit additiones. Alius nomine Ceruotus, qui fecit

etiam additiones. quæ dicuntur Ceruotinæ, modicum tamen valentes: quarum vna ponitur C. de eden. in l.j. Et sic filius potest in iure patrem reprehendere, vt. ff. de condi. ob caus. in moribus secus. licet possit dari tutor patri furioso.

Al. vel Alb. id est, Albertus doctor: vel Albericus.

Ala. id est, Alanus.

Ap. se. le. id est, apostolicæ sedis legatus.

Ap. re. id est, appellatione remota.

Ap. ob. re. id est, appellationis obstaculo remoto.

Ant. de But. id est, Antonius de Butrio.

Ar. vel arg. id est, argumentum.

Arch. id est, Archidiaconus. magister Ioann. Andreæ qui glossauit etiam Sextum, & scripsit Rosariam super Decreto.

Ad no. præ. id est, ad nostram præsentiam.

Aut. id est, Authen. vel Authenticum liber, vel Authentica lex incorporata.

Az. id est, azo. qui fecit summam vnam in legibus, ex qui. sumunt examinandi continuationes rubricarũ.

Bern. B. Ber. id est, Bernardus glossator Decretaliũ.

Barth. Brix. id est, Bartholomæus Brixensis, qui fecit additiones glo. super Decreto. quas si Decretum habet, sic incipit glos. eius: Quoniam nouis superuenientibus caussis, nouis est remedijs succurrendum.

Bart. id est, Bartolus de Saxo ferrato, legum interpres.

Bal. vel Bald. id est, Baldus in vtroque iure scribens.

Band. id est, Bandinus doctor.

Bo. me. id est, bonæ memoriæ.

Bulg. id est. Bulgarus doctor.

But. id est, Butrius. scilicet Antonius de Butrio.

C. in textu posita Celestinum signat, maximè quando apponuntur hæc verba, prædecessor noster, aliàs in glossis, summis vel lecturis, C. magnum significat codicem, communiter in ablatiuo casu. Sed c. paruum id est, in capitulo: vel centesima, in distinctionibus.

Cy. id

Cy. id est, Cynus doctor legum. Ci. id est, ciuis.

Ce. vel Clem. id est Clementinæ vel Clementinis.

Card. id est, Cardinalis doctor.

Constit. id est constitutio:

Compost. id est. Compostellanus doctor.

Cen. eccle. id est, censura ecclesiastica.

Con. t. t. r. id est, cõsultationi tuæ taliter respondemus.

D. sola, vel dist. id est. distinctione.

De pœn. id est. de pœnitentijs.

De cons. id est, de consecratione.

Dil. fil. id est, dilectus filius.

Dama. id est, Damascus Papa.

Dy. id est, Dynus doctor.

Dis. ve. id est, discretioni vestræ.

Do. de Ro. id est, domini de Rota.

Durand. id est, Durandus doctor.

E, sola & magna, nomen proprium, e parua, eodem vel eadem: maximè quando sequitur, titulo, distinctione, vel lege.

Eccle. Rom. id est, Ecclesia Romana.

Extra. id est, extrauagans.

Et hic est sciendum quòd quando in Summa de casibus, in Summa Pisana vel alicubi in libris Iuris ponitur authoritas ex Decretalibus, tunc allegatur extra: & significat extrauagantem, scilicet textum vel capitulum extra corpus Decretorum positum. Decretales enim paulò antè compilationem, correctionem & concordationem ipsarum erant extrauagantes: quia vagabantur extra illud volumen. Hodiè autem per modernos Canonistas capitula in Decretalibus, in Sexto similiter & in Clementinis non consueuerunt allegari extra: quia talia capitula modò non vagantur extra: corpus Iuris Canonici. Sed legistæ prædictorum librorum textus allegant extra: eò quia sunt extra corpus sui Iuris, scilicet Ciuilis. Verum est quod Canonistæ adhuc hodiè

aliquos textus etiam Canonici Iuris allegant extrà: videlicet hos qui sunt extrauagantes nondum incorporati Iuri Canonico.

Fa. id est, facit.

Fe.re. præ. n. id est, felicis recordationis prædecessoris nostri.

F.t. id est fraternitati tuæ.

Fi. id est, finale, vel fine.

ff. id est, digestis.

Fri. de Zen. id est Fridericus de Zenis.

Fran. de Zab. id est, Franciscus de Zabarellis, doctor & Cardinalis.

Flor. id est, Florianus doctor.

Fri. imper id est Fridericus Imperator.

F.t. r. r. id est, fraternitati tuæ taliter respondemus.

G. in Spe Guillelmus in Speculo.

G. de mon. Laud. id est, Guillelmus de mõte Lauduno.

Guil. id est, Guillelmus doctor.

Gen. id est, Genshelinus doctor.

Gra. id est. Gratianus compilator decreti.

Go, vel Gof. id est, Goffredus: qui composuit Summã, in qua recitant examinandi in Iure Canonico continuationes rubricarum & alia plura.

Gar. id est, Garsias doctor.

Hu. vel V id est, Hugo vel Vgutio.

Ho. vel Host. id est, Hostiensis.

Hen. Bo. id est. Henricus Boik.

Hon. id est, Honorius papa.

Her. id est, Hermanus doctor.

I. sola. vel cum titello sic, j. denotat infrà

Pro quo sciendum, quando textus allegatur, qui etiam postea habetur, siue eodem libro, siue in alio eiusdem tamen iuris, tunc dicitur infrà & scribitur per j. longum: cui supraponi potest titellus vt sic. j. titulo proxi. ca. j. ij. infra titulo proximo. cap. j. &c.

j. eodem tit. id est, infra eodem titulo.

j. breuis

j. breuis signat vnum vel primo.

Ioan. Mo. id est, Ioannes Monachi glossator Sexti in Francia.

Io. And. id est, Ioannes Andreæ, etiam glossator Sexti & Clementinarum, qui & Nouellas conscripsit, valentissimus doctor.

Io. Imo. id est, Ioannes Imola modernus doctor super decretalibus notabiliter scribens.

Io. vel Ioan. id est, Ioannes glossator Decreti Theutonicus: quem aliqui nominant Ioannem antiquum.

Io. de Lig. id est. Ioannes de Ligniano.

Io. de Fan. id est. Ioannes de Fantusijs.

Inno. vel Innoc. id est, Innocentius papa.

Imo. id est, Imola, subaudiendo Io.

Iac. de Liz. id est. Iacobus de Lizano.

Iac. de Are. id est, Iacobus de Arena.

Iac. But. id est, Iacobus Butrigarij.

Iac Bal. id est, Iacobus Balduini.

Iac. de Bel. id est, Iacobus de Beluiso.

L. sola. id est, lege, vel quinquaginta in numero distinctionum.

Lap. ab. id est, Lapus abbas doctor.

Lamb. de Ramp. id est. Lambertus de Ramponibus.

Ludo. de Ro. id est, Ludouicus de Roma doctor.

La. vel Lau. id est, Laurentinus in glossis Decretalium

Lib. id est, liber vel libro, secundum exigentiam constructionis.

M. vel Mar. id est, Martinus doctor.

M. vel man. id est, mandamus, signanter quando littera q. sequitur: vt. M. q. id est, mandamus quatenus.

Mo. ca. præ. id est, monitione canonica præmissa.

Nic. Sicu. do. id est, Nicolaus Siculus doctor, qui aliter dicitur Panormitanus, vel Panormita modernissimus.

No. & vet. testa. id est, noui & veteris testamenti.

No id est, nota.

Nota

Nota id est notatur.
Nouel.id est, Nouella.
O vel op. id est opinio.
Ob.id est obstaculo.
Odo. id est. Odofredus doctor.
Ol. vel Old. id est, Olradus.vel Oldradus.
Osti. ves .Ost.id est, Ostiensis, communiter tamen per H. dicitur.
Pe. id est, pœnitentia, Petrus, vel penultimo.
Penul. vel penult.id est, penultimo.
Paragraphus quia in ordine alphabeti non inuenitur abbreuiatus, cùm non sit vna litera, sic soles scribi.§.vt quando capitulum, vel aliqua lex est longa, tunc ad citiùs inueniendum textum allegatum ponitur in capitulo vel lege paragraphus vnus vel plures. Nota tamen quòd paragraphi sunt duplices,videlicet magnus & paruus: & paruus debet esse niger de encausto in tali forma.§. & talis debet legi cum sua determinatione sequenti: hic autem communiter ponitur in glossis vel in summis recollectis. Alius autem magnus sic formatur & debet esse de alio colore, scilicet rubeo vel blaueo seu flauo. Et talis legi non debet:licet in legendo dum inuenitur, vel dum venitur ad eum, pausari debeat. & in corrigendo libros debet nominari, vt apponatur si non sit ibi. Nam certi textus & Summæ distinctæ sunt per tales: ita quòd allegatur primus,secundus,&c. Si ergo non essent ibi,contingeret primum accipi pro secundo & secundum pro primo, quod errorem induceret. & vnus scilicet. §. paruus,significat arium, videlicet magnum:&sic apud logicos est termi. nus secundæ intentionis.
Præal. id est, præallegatus.
Prin. id est, principio.
Per to.id est,per totum.
Pri. id est, primo.
Prætex.id est, prætextu, hoc est occasione.

Pau.de

Pau. de Leaz.id est.Paulus de Leazaris, qui scripsit benè super Clementinis.
Pet.de Bel. id est,Petrus de Bella pertica,doctor legum citramontanus Burgundus.
Pet. de Samp. id est, Petrus de Samprana.
P. vel Pla. id est, Placentinus doctor.
Præ. di. id est, præfulgeat dignitate; vt de testi. in caplicet ij.
Præ. id est, præterea.
Pa. id est,papa.
Pomp. id est, Pomponius iurisconsultus.
Quid est, quæstione, quando ponitur in causis. Decreti vel quatenus, quando ponitur in textu Decretalium: maximè post mandamus: vt sic, mandamus q.
Ray. id est, Raymundus capellanus & pœnitentiarius Gregorij ix.de quo in principio Decretalium.
Re. id est, Remota: vt ibi, ap. re. vt sup.
Rof.id est, Roffredus doctor.
Rog. id est.Rogerius legista.
Re. vel Respon.id est,responso vel responsio.
Re. id est, require, vel remissionibus.
Sali. id est, Salicetus doctor.
Sicu.ab.id est,Siculus Abbas.
Se.ap.id est,sedes apostolica.
So. id est, solutio.
Sa.ap. con.id est,sacro approbante concilio.
Se.vel seq.id est, sequenti.
Sequen. id est,sequentibus.
S. vel. s. id est, supra. Vnde quaudo aliquid allegatur in aliquo,quod prius ante illum locum habitum est in alio vel eodem libro, eiusdem tamen iuris videlicet aut Ciuilis aut Canonici. hoc allegatur suprà per. s.breuem: sed. s. longa sola.id est,scilicet.
Spe.id est, Speculum, liber magnus.
Spec. id est, Speculator author speculi,scilicet Guilhelmus Durandi.

Sub

Sub. app. obst. id est, sublato appellationis obstaculo: vt detest. cùm olim.

Sac. aut. con. id est, sacra authoritate Concilij: vt de iureiuran. nimis.

Tan. id est, Tancredus.

T. vel tit. id est, titulo.

Etiam. t. id est, taliter.

Tho. id est, Thomas.

Vin. id est Vincentius doctor.

Vincen. id est, Vincentius etiam doctor.

Vb. de Bo. id est, Vbertus de Bobio.

Vlt. id est, vltimo.

V. sola, id est, quinque: vel quinta: vt. v. q. v.

Vui. vel Vuil. id est, Vuilhermus quod Italici scribunt Guilhelmus, & Franciginæ Guilhermus.

Vui Duran. id est, Vuilhermus Durandi.

Ver. id est, versu, vel versiculo.

Ve. id est vetus. vt. ff. Vetus.

X. id est decima.

XX. id est, vigesima, &c.

Xc id est, nonagesima, quia x. præposita. c. quæ significat centum, subtrahit ei x. sicut etiam in xl. &c.

Zab id est, Zabarella. videlicet dominus Franciscus.

§. id est, paragrapho vel paragraphis: de quo sup. latiùs dictum est.

SVNT & aliæ abbreuiaturæ de rubricis tam legũ, quàm canonũ maximè Decretalium, de quibus patebit infrà. Hæc autem de abbreuiaturis textuum & glossarum, Summarum & Lecturarum vtriusq; Iuris præter titulos nunc sufficiant: Quæ vtique primis Iuris alumnis difficiles apparent in primo aggressu: & rarò colliguntur ita copiosè. Quare sit hoc opusculum incipientibus tanto magis acceptum, cariusq; reputatum, quantò solicitiùs est collectum.

QVia ad præmissorum notitiam necessarium est, habere rubricas, seu titulos, vtriusque iuris abbreuiatos,

breuiatos & extensos, præponam rubricas Iuris Canonici propter earum paucitatem respectu rubricarum Iuris Ciuilis, quas etiam subiungam. Etiam quia suprà præmisi Ius Canonicum Iuri Ciuili ratione dignitatis excellentiæ &c. Sequuntur ergo rubricæ Decretalium, & per consequens Sexti & Clementinarum eo ordine quo ponuntur in Decretalibus primitus abbreuiatæ, deinde extensæ: & postea, vt eo faciliùs mente teneantur, metricè in L I I I. versibus colligentur. Vnde nota, quòd hi sunt tituli Decretaliũ non inspecto ordine alphabeti: & primò, primi libri: secundò, secundi. &c.

De sum. Trini. & fid. ca. id est, de summa Trinitate & fide catholica.

Constit. id est constitutionibus.

Rescrip. id est, rescriptis.

Consue. id est. consuetudine.

Postula. præ. id est postulatione prælatorum.

Ele. id est, electione & electi potestate.

Translatio episc. id est translatione episcoporum.

Aut. & vsu pal. id est, authoritate & vsu pallij.

Renunc. id est. renunciationibns.

Sup. neg. præ. id est, supplenda negligentia prælatorũ.

Temp. ordi. id est, temporib. ordinum. & qualitatibus ordinandorum.

Scru. in or. fa. id est, scrutineo in ordine faciendo.

Ordi. ab episc. qui re. id est ordinatis ab episcopo, qui resignauit vel renuntiauit episcopatui, vel ab excommunicato.

Aeta. & quali. id est, ætate & qualitate ordine præficiendorum.

Sa. vnc. id est sacra vnctione.

Sacra. ite. vel non, id est, sacramentis iterandis, vel nõ.

Ser. non ordi. id est, seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

Fil. presby. id est, filijs presbyterorum ordinandis vel non.

Ob. ad

Ob. ad rati. id est, obligatis ad ratiõcinia ordinandis, vel non.
Corp. viti. id est, corpore vitiatis promouendis, vel nõ.
Biga. id est, bigamis non ordinandis.
Cle. pe. id est, clericis peregrinis.
Of. archi. id est. officio archidiaconi.
Off. archipres. id est, officio archipresbyteri.
Off. pri. id est, officio primicerij.
Off. sacri. id est. officio sacristæ.
Off. custo. id est, officio custodis.
Off. vica. id est, officio vicarij.
Off. dele. id est, officio & potestate iudicis delegat.
Off. le. id est. officio legati.
Off. iud. or. id est, officio iudicis ordinarij.
Off. iudic. id est, officio iudicis.
Ma. & obe. id est, maioritate & obedientia.
Treu. & pa. id est, treuga & pace.
Pac. id est pactis.
Transac. id est. transactionibus.
Postu. id est postulando.
Procur. id est. procuratoribus.
Syndi. id est, Syndico.
Ijs quæ vi me. id est, ijs quæ vi metúsue causa fiunt.
In integ. re. id est, in integrum restitutione.
Ali. iu. mu cau. fac. id est, alienatione mutandi iudicij causa facta.
Arbi. id est, arbitris.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

Iudi. id est, iudicijs.
Fo. compe. id est. fero competenti.
Li. ob. id est libelli oblatione.
Mu. pe. id est, mutuis petitionibus.
Lit. contest. id est, litis contestatione.
Vt li. non contest. id est, vt lite non contestata nõ procedatur ad testium receptionem, vel ad definitiuam sententiam.

Iu. ca.

Iu calum. id est, iuramento calumniæ.
Dila. id est, dilationibus.
Fer. id est, ferijs.
Or. cogni. id est, ordine cognitionum.
Plus peti. id est, plus petitionibus.
Cau. pos. & propri. id est, caussa possessionis & proprietatis.
Resti spo id est, restitutione spoliatorum.
Do. & contu. id est dolo & contumacia.
Eo qui mit. in pos. id est qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.
Vt li. pen. id est, vt lite pendente nihil innouetur.
Seques. posses. id est, sequestratione possessionum & fructuum.
Confes. id. est, confessis.
Proba. id est, probationibus.
Test. id est, testibus attestationibus.
Test. cog. id est, testibus cogendis vel non.
Fi. instru. id est, fide instrumentorum.
Præsum. id est, præsumptionibus.
Iureiur. id est, iureiurando.
Excep. id est, exceptionibus.
Præscrip. id est, præscriptionibus.
Sent. & re iud. id est sententia & re iudicata.
Ap. id est, appellationibus, recusationibus & relationibus.
Peregri. id est, peregrinantibus.
Confir. vti. id est, confirmatione vtili & inutili.

TITVLI TERTII LIBRI.

Vi. & ho. cle. id est, de vita & honestate clericorum.
Coha. cle. & mu. id est, cohabitatione clericorum & mulierum.
Cler. coniug. id est, clericis coniugatis.
Cler. non resi. id est, clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda.
Præbend. id est, præbendis & dignitatibus.

Cler. ægro. id est, clerico ægrotante vel debilitato.
Inst. id est, Institutionibus.
Concess præ. id est, concessione præbendæ vel Ecclesiæ non vacantis.
Ne. se. va. id est ne sede vacante aliquid innouetur.
Ijs quæ fi. à præ. id est, Ijs quæ fiunt à prælatis sine cõsensu capituli.
Ijs quæ fi. a ma. par. c. id est, ijs quæ fiunt à maiori parte capituli.
Vt ec. benef. id est ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
Re. ec. non alie. id est, rebus ecclesiæ non alienandis.
Preca. id est precario vel precarijs.
Commo. id est, commodato.
Depo. id est, depositio.
Empt. & vend. id est, emptione & venditione.
Lo. & condu. id est, locato & conducto.
Re. permu. id est, rerum permutatione.
Feud. id est, feudis.
Pigno. id est pignoribus, & alijs cautionibus.
Fideiuss. id est, fideiussoribus.
Solu. id est Solutionibus.
Dona. id est, donationibus.
Pericu. cle. id est, periculo clericorum.
Testa. id est, Testamentis & vltimis voluntatibus.
Suc. & ab intes. id est, successionibus & ab intestato
Sepul. id est, sepulturis.
Paroch. id est parochijs & alienis parochianis.
Deci. id est. decimis, primitijs & obligationibus.
Regula. id est, regularibus & transeuntibus ad religionem.
Conuer. coniu. id est conuersione coniugatorum.
Conuer. infid. id est, conuersione infidelium.
Vot. id est, voto & voti redemptione.
Sta. mo. id est, statu Monachorum & Canonicorum regularium.

Reli.

Reli. do. id est, religiosis domibus, vt Episcopo sint subiectæ.
Capel. mo. id est, capellis monachorum & aliorum religiosorum.
Iure. pa. id est, iure patronatus.
Censi. id est, censibus, exactionibus, & procurationibus.
Consec. id est, consecratione ecclesiæ vel altaris.
Cele. mis. id est, celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs.
Bapt. id est baptismo & eius effectu.
Pres. non bapt. id est, presbytero non baptizato.
Custo. euch. id est, custodia Eucharistiæ, chrismatis, & aliorum sacramentorum.
Reli. & ve. san. id est, reliquijs & veneratione sanctorũ.
Ob. ie. id est, obseruatione ieiuniorum.
Pur. post par. id est, purificatione post partum.
Ec. ædi. id est, ecclesijs ædificandis vel reparandis.
Immu. id est, immunitate cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium.
Ne cle. vel mo. id est, clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant.

TITVLI QVARTI LIBRI.

Spon. & matri. id est sponsalibus & matrimonijs.
Despon. impu. id est, desponsatione impuberum.
Cland. despon. id est, de clandestina desponsatione.
Spon. du. id est, sponsa duorum,
Condi. ap. id est, conditionibus appositis in desponsatione, vel in alijs contractibus.
Qui cler. vel vo. id est, qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possint.
Eo qui dux. in mat. id est, eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulterium.
Con. lepro. id est, coniugio leprosorum.
Coniu. ser. id est coniugio seruorum.
Na. ex lib. ven. id est, natis ex libero ventre.
Cog. spi. id est, cognatione spirituali.

Cog.le.id est cognatione legali.
Eo qui cog.consan.vx. suæ: idest, eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.
Consan. & af. id est consanguinitate & affinitate.
Fri. & male. id est frigidis & maleficiatis,& impotentia coeundi.
Ma. con. edic.ec. contrac.id est, matrimonio contra edictum.Ecclesiæ contracto.
Qui fi. sint legi.id est, qui filij sint legitimi.
Qui ma. ac.pos. i. qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.
Diuor.id est,diuortijs.
Do. inter vi. & vx. & de dote. id est, donationibus inter virum & vxorem de dote post diuortium restituenda.
Se. nup. id est secundis nuptijs.

TITVLI QVINTI LIBRI.

Accu. id est. accusationibus,inquisitionibus,& denuntiationibus.
Calum. id est,calumniatoribus.
Simo. id est, simonia & ne aliquid pro spiritalibus exigatur vel promittatur.
Ne præla.vi.su. id est, ne prælati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedant.
De magi.id est de magistris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.
Iudæ.id est, Iudæis & Saracenis, & eorum seruis.
Hære. id est hæreticis & Manichæis.
Schisma.id est, schismaticis.
Aposta. id est,apostatis & reiteran.ibus baptisma.
His qui fi.oc.id est,qui filios occiderunt.
Infan.& lang. ex.id est infantib.& languidis expositis.
Homici.id est, homicidio voluntario vel casuali.
Tornea.id est, torneamentis.
Cle. pug.in du. id est,clericis pugnantibus in duello.
Lali. & sagit. id est, Balistarijs & sagittarijs.

Adul.

Adul. id est,adulterio & stupro.
Rapt. id est, raptoribus, incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum.
Fur.id est,furtis.
Vsur.id est,vsuris.
Cri. fal.id est, crimine falsi.
Sortile. id est,sortilegijs.
Collu.dete.id est collusione detegenda.
Delic.pu.id est, delictis puerorum.
Cle.vena.id est,clerico venatore.
Cle. percus. id est, clerico percussore.
Maledi. id est, maledicis.
Cler. excommu.id est,clerico excommunicato, interdicto vel deposito ministrante.
Cle.non ord.id est, clerico, non ordinato ministrante.
Cle. per sal. pro. id est,clerico per saltum promoto.
Eo qui fur. ord.sus. i eo qui furtiuè ordines suscepit.
Excess. præ. id est, excessibus prælatorum in subditos.
No. ope. nun. id est,noui operis nunciatione.
Priuile.id est priuilegijs & excessibus priuilegiatorum,
Purg. Cano. id est, purgatione Canonica.
Purg. vulg. id est, purgatione vulgari.
Iniu. id est, iniurijs & damno dato.
Pœn. id est, pœnis.
Pœn.& re. id est pœnitentijs & remissionibus.
Sen. excom. id est, sententia excommunicationis.
Ver. sig.id est, verborum significatione.
Re. iu. id est regulis iuris.

NVNC præmissis rubricis Decretalium abbreuiatis & extensis, vt eò melius menti teneantur, sequuntur versus de eisdem secundum ordinem.

PRIMO summa fides, statuit, rescripta, suescit.
Postulat, electus, translatus author & vsus.
Inde renuncio, suppleo: temporibus quoq; scrutor.
Ordo resignantis, ætas, vngitque sacramen.
Filius, & seruus, obnoxius & vitiatus,

Hinc bigamus, clerus peregrinus, & archileuita.
Archisacer, primas, sacri custos, vice fungens.
Delegans, legans, iudex ex ordine dictus.
Iudicis officium, maior, pax, pacta sequuntur.
Transigo, postulo, procuro, vel syndicus esto.
Hinc metus integrat, alienat, arbitrium dat.

IVDICIVM forus, atque libellus, mutua poscens.
Litem contestans, sine quo non suscipe testes,
Iuro dilatis feriis, ex ordine nosco.
Plus peto de causa: spoliatus restituendis.
Est dolus, est missus, lis pendens, atque sequester,
Confessusque, probo, testis, testes quoque cogo.
Instruo, præsumo iusiurans, excipiendo.
Præscribo, sententio, pronoco, peragoque firmo.

VITA decens, clerus habitans, clerus quoque iunctus.
Non residens dignus: æger vel debilitatus.
Instituo concedendo ne sede vacante.
Et sine consensu maior pars non minuatur.
Ecclesiæ res, atque precaria commodo, pono.
Vendo, loco, mutuo, feudum pignusque cauendo.
Atque fideiussor soluit dat peculiorum.
De testamentis etiam succedo sepultis.
Parochijs, decimis, vult regula religiosis.
Coniux conuersus infidus, vota redemit.
Inde status monachi, domus atque capella locorum,
Iure patronatus, de censibus ara sacrata.
Missaque, baptismus, quo non est presbyter vsus.
Eucharistia, reliquiæ, ieiunia pura.
Aedes immunes, secli fuge clerice merces.

SPONSVS & impubes, clandestina, sponsa duorũ.
Conditio, vouens, qui pollut atque leprosus,
Seruus de natis, sequitur cognatio duplex.
Post consanguineam, consanguinei, gelidique.
Coniugium veritum sequitur qui legitimi sunt.
Accusare queunt, diuortia, dona, secunda.

Accu-

ACCVSATIO sive calumnia simonialis.
Prælati, rabbi, Iudæus, hæreticusque.
Schismaticus apostaticus, natos perimentes.
Infans expositus, homicidia, torneamenta.
Hinc clerus pugnans post hocque sagittat adulter.
Ecclesiæ raptor: sequitur fur, hinc & vsura.
Falsarius, sors, colludens, crimen puerorum.
Clerus venator, percussor, maledicusque.
Clerus depositus, qui non est ordo minister.
Saltus, furtiuus, excessus, opusque nouellum,
Lex priuata subit, sequitur purgatio duplex.
Iniuriæ pœnæque remissio post anathema.
Verborum signi, sequitur post regula Iuris.

Hi sunt speciales versus de rubricis Decretalium, secundum ordinem suum. Et vt suprà tactum est, vbi dicebatur de Decretalibus, clxxxv. sunt rubricæ seu tituli.

Sunt autem capitula in Decretalibus tria milia minus 18.

Versus.

Bis centum tituli, sed quindenos remouebis.
Sunt Decretales ter mille, sed absque nouem bis.

PRæmissis titulis seu rubricis Decretalium abbreuiatis & extensis, non inspecto ordine alphabeti, sed in eo ordine quo ponuntur in Decretalibus & præmissis versibus de eisdem secundum ordinem, vt eò melius mente teneantur: sequuntur nunc ijdem tituli siue rubricæ Decretalium extensi per ordinem alphabeti, secundum ordinem librorum eos continentium ordinati, vt lector Iuris si indiguerit, citiùs inueniendo quemlibet illorum recurrat ad eos.

TITVLI LIBRI DECRETALIVM.

AVthoritate & vsu pallij lib. 1. tit 8.
Alienatione iudicij mutandi causa facta, libr. 1. titu. 11.
Arbitris, lib. 1. tit 42.

Apellationibus, recusationibus & rela. lib. 2. titul. 28.
Accusationibus, inquisitionibus, & denuncia. lib. 5. titu. 1.
Apostatis & reiterantibus baptismum. lib. 5. titu. 9.
Adulterijs & stupro. lib 1. titu. 6.
Bigamis non ordinandis. lib. 1. tit. 21.
Baptismo & eius effectu. lib. iij. tit. 42.
Constitutionibus lib. 1 titu. 2.
Consuetudine. lib. 1 tit. 4.
Corpore vitiatis non ordinandis lib. 1. tit. 20.
Clericis peregrinis, & eis non sine literis recipiendis. lib. j tit. 22.
Causa possessionis, lib. 2. tit. 12.
Confessis, lib. 2. tit. 18.
Confirmatione vtili, lib. 2. tit. 3.
Cohabitatione clericorum & mulierum, lib. 3. tit. 2.
Clericis coniugatis, lib. 3. tit. 3.
Clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda li. 3. tit. 4.
Clerico ægrotante vel debilitato lib. 3. tit. 6.
Concessione præbendæ vel Ecclesiæ non vacantis. li. 3. tit. 8.
Commodato, lib. 3. tit 15.
Conuersione coniugatorum, lib. 3. tit. 32.
Conuersione infidelium, lib. 3. tit. 33.
Capellis Monachorum & aliorum religiosorum, lib. 3. tit. 36.
Censibus, exactionibus, & procurationibus, libro 3. tit. 3.
Consecratione Ecclesiæ vel altaris. lib. 3. tit. 40.
Celebratione missarum, & de sacramento Eucharistię & diuinis officijs. lib. 3. tit. 41.
Custodia Eucharistiæ & chrismatis & aliorum sacramentorum, lib 3. tit. 44.
Clandestina desponsatione, lib. 4. tit. 3.

Conditio-

Conditionibus appositis in desponsationibus vel alijs contractibus, lib. 4. tit. 5.
Coniugio leprosorum. lib. 4. tit. 8.
Coniugio seruorum lib. 4. tit 9.
Cognatione spirituali. lib 4. titu. 12.
Consanguinitate & affinitate, lib. 4. tit. 14.
Calumniatoribus. lib. 5 tit. 2.
Clericis pugnantibus in duello, lib. 5. tit. 14.
Collusione, lib. 5. tit. 22.
Clerico venatore lib. 5 tit. 24.
Crimine falsi, lib 5. tit 25.
Clerico percussore, lib. 5. tit. 20.
Clerico maledico, lib. 5 tit. 26.
Clerico excommunicato vel deposito vel interdicto ministrante, lib. 5 tit. 23.
Clerico per saltum promoto, lib. 5. tit. 29.
Dilationibus, lib. 1. tit. 8.
Dolo & contumacia, lib 2. tit. 14.
Depósito. lib. 3. tit. 16.
Donationibus. lib. 3. tit. 33.
Decimis & primitijs lib. 3. tit. 30.
Desponsatione impuberum. lib. 4. tit. 2.
Diuortijs, lib. 4. tit. 20.
Donationibus inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituenda, lib. 4. tit. 33.
Delictis puerorum, lib. 5. tit. 23.
Electione & electi potestate. lib. 1. tit. 6.
Aetate & qualitate in ordine præficiendorum, lib. 1. tit. 14.
Eo. qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, lib. 2 tit. 15.
Exceptionibus lib. 2. tit. 25.
Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, lib. 3. tit. 22.
Emptione & venditione. lib. 3. tit. 17.
Ecclesijs ædificandis vel reparandis, lib. 3. tit. 48.

 Eo qui

Eo, qui duxit in matrimonium quã priùs polluit per adulterium, lib. 4. tit. 7.
Eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ vel sponsæ, lib. 4 titu. 11.
Eis, qui filios occidunt, lib. 5. titu. 10
Eo qui furtiuè ordines susceperit, lib. 5. titu. 30.
Excessibus prælatorum in subditos, lib. 5. tit. 31.

Filijs presbyterorum, lib. 1. titu. 17.
Foro competenti, lib. 2. tit. 2.
Feriis lib. 2. titu. 9.
Fide instrumentorum, lib. 2. tit. 22.
Feudis, lib. 3. titu. 20.
Fideiussoribus, lib. 3 tit. 22.
Frigidis & maleficiatis, lib. 4. titu. 15.
Furtis, lib. 5 titu. 18.
Falsarijs, lib. 5. titu. 20.

His, quæ vi metúsve causa fiunt, lib. 1. tit. 40.
His, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli, lib. 4. titu. 10.
His, quæ fiunt à maiori parte capituli, lib. 4. tit. 20.
Hæreticis, lib. 5. titu. 7.
Homicidio voluntario vel casuali, lib. 2. tit. 12.

Immunitate ecclesiarum, cœmeterij & rerum ad eas pertinentium, lib. 3. titu. 49.
In integrum restitutione, lib. 1. titu. 40.
Iudicijs, lib. 2. titu. 1.
Iuramento calumniæ, lib. 2. titu. 7.
Iureiurando lib. 2 titu. 4.
Institutionibus, lib. 3. titu. 7.
Iure patronatus, lib. 3. titu. 38.
Judæis & Saracenis & eorum seruis, lib. 5. tit. 6.
Infantibus & languidis expositis, lib, 5. tit. 11.
Iniurijs & damno dato lib. 6. titu. 16.

Libelli oblatione, lib 2. titu. 1.
Litis contestatione, lib. 2. titu. 45.

Locato

Locato & conducto, lib. 3. tit. 18.

Maioritate & obedientia. lib. 1. tit. 33.
Mutuis petitionibus, lib. 2. titu. 4.
Matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ, lib. 4. titu. 16.
Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, lib. 5. titu. 5.
Maledicis lib. 5. tit. 26.

Nato ex libero ventre lib. 4. titu. 20.
Non ordinato ministrante, lib. 5. titu. 28.
Noui operis nunciatione lib. 5. titu. 32.
Ne clerici seu monachi secularibus negocijs se immisceant, lib. 3. titu. 1.
Ne prælati vices suas alijs concedant sub annuo censu, lib. 5. titu. 4.
Ne sede vacante aliquid innouetur, lib. 3. tit. 8.

Ordinatis ab Episcopo qui renunciauit episcopatui, vel excommunicato, lib. 1. titu. 13.
Obligatis ad ratiocinia ordinandis vel nõ, lib. 1. titu. 20.
Offic. archidiaconi, lib. 1. titu. 13.
Offic. presbyteri lib. 1. titu. 23.
Offic. primicerij. lib. 1. titu. 25.
Offic. sacristæ, lib. 1. titu. 26.
Officio costodis, lib 1. titu. 28.
Officio vicarij, lib. 1. titu. 28.
Officio vel potestate iudicis delegati. lib. 1. tit. 29.
Officio legati, lib. 1. titu. 30.
Officio iudicis ordinarij, lib. 1. titu. 31.
Officio iudicis, lib. 1. titu. 32.
Ordine cognitionum, lib. 2. titu. 10.
Obseruantia ieiuniorum, lib. 3. titu. 46.

Postulatione, lib. 1. titu. 5.
Pactis. lib. 1. titu. 35.
Postulando, lib. 1. titu. 37.
Procuratoribus, lib. 1 titu. 38.

Plus

Plus petitionibus, lib. 2 tit. 1.
Probationibus, lib. 2. tit. 19.
Præsumptionibus, lib. 2. titu. 23.
Præscriptionibus, lib. 2. titu. 26.
Peregrinantibus lib. 2. titu. 19.
Præbendis & dignitatibus. lib. 3. titu. 5.
Precarijs lib. 3. titu. 14.
Pignoribus & alijs cautionibus, lib. 3. titu. 22.
Peculio clericorum, lib. 3. titu. 25.
Parochijs & alienis parochianis. lib. 3. tit. 29.
Presbytero nondum baptizato, lib. 3. tit. 43.
Purificatione post partum, lib. 3. titu. 47.
Priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum, lib. 5. titul. 33.
Purgatione canonica lib. v. titu 34.
Purgatione vulgari, lib. v. titu. 35.
Pœnis lib. 5. titu. 37.
Pœnitentijs & remiſſionibus, lib. 5. titu. 38.

QVi clerici vel vouentes matrimouium contrahere poſſunt, lib. 4. titu. 6.
Qui filij ſint legitimi. lib. 4. titu. 17.
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel teſtificari. lib. 4. titu. 18.

REſcriptis, lib. 1. titu. 3.
Reſtitutione in integrum, lib. 1. titu. 9.
Rebus eccleſiæ alienandis vel non, lib. 3. tit. 13.
Reſtitutione ſpoliatorum, lib. 2. tit. 13.
Rerum permutatione, lib. 3. titu. 19.
Regularibus & tranſeuntibus ad religionem. lib. 3. titu. 31.
Religioſis domibus, lib. 3. titu. 36.
Reliquijs & veneratione Sanctorum, lib. 3. titu. 45.
Raptoribus & incendiarijs & violatoribus eccleſiarũ. lib. 5. titu. 16.
Regulis Iuris, lib. 5. titu. 4.

Summa

SVmma Trinitate & fide catholica, lib. 1 tit. 1.
Supplenda negligentia prælatorum, lib. 1. tit. 10.
Scrutinio in ordine faciendo, lib. 1. titu. 12.
Sacra vnctione, lib 1. titu. 15.
Sacramentis iterandis vel non, lib. 1. tutu. 16.
Seruis nõn ordinandis, lib. 1. titu. 18.
Syndico lib. 1. titu 39.
Sequeſtratione poſſeſſionis & fructuum, lib. 2. tit. 17.
Sententia & re iudicata, lib. 2. titu. 17.
Solutionibus. lib. 3. titu. 25.
Succeſſionibus ab inteſtato, lib. 3. titu. 27
Sepulturis, lib. 3. titu. 28.
Statu monachorum, lib 3. titu. 25.
Sponſalibus & matrimonijs, lib. 4. titu. 1.
Sponſa duorum lib. 4. titu. 4.
Secundis nuptijs, lib. 4. tit. 21.
Simonia, & ne aliquid exigatur vel promittatur. lib. 5. titu. 3.
Schiſmaticis, & ordinatis ab eis lib. 5. titu 8.
Sagittarijs & baliſtarijs, lib. 10. tit. 15.
Sortilegijs, lib. 5. titu. 12.
Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. libr. 5. tit. 39.

TRanſlatione Epiſcopi & electi, lib. 1. titu. 8.
Temporibus ordinationum, & qualitate ordinãdorum lib. 1. titu. 11.
Treuga & pace, lib. 1. titu. 34.
Tranſanctionibus. lib. 1. titu. 36.
Teſtibus & atteſtationibus lib. 2. titu. 20.
Teſtibus cogendis, lib. 2. titu. 21.
Teſtamentis & vltimis voluntatibus, lib. iij. titu. xxvij.
Torneamentis, lib. 5. titu. 13.

VT eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, lib. 3. titu. 12.
Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtiũ receptionem, vel ad definitiuam ſententiam, lib. 2. titu. 6.

Vt

Vt lite pendente nihil innouetur, lib. 2. titu. 16.
Vita & honestate clericorum, lib. 3. tit. 1.
Voto & voti redemptione, lib. 3. tit. 34.
Vsuris, lib. 5. titu. 19.
Verborum signific. lib. 5. titu. 40.

IN sexto autem libro sunt rubricæ pauciores, videlicet circa 72. & in Clementinis adhuc pauciores videlicet. 47.

Capitula scire cupiens in his duobus mox numerabit: sed magis profectò quid contineant attendendum est, quàm quot sint. Vt autem faciliter sciretur in versibus præmissis, quæ rubricæ Decretalium essent in Sexto, & quæ in Clementinis: desuper signandæ essent cum rubro 6. in sexto: & 7. in Clementinis, quod aliquo labore fieri posset. & ideo ad illum remouendum tituli siue rubricæ libri Sexti & Clementinarum consequenter sequuntur, vt in eisdem positæ sunt libris, non inspecto ordine alphabeti. Et primo tituli siue rubricæ libri primi Sexti Decretalium.

TITVLI PRIMI LIBRI SEXTI DECRETALIVN.

DE summa Trinitate & fide catholica.
De constitutionibus.
De rescriptis.
De consuetudine.
De postulatione prælatorum.
De electione & electi potestate.
De renuntiatione.
De supplenda negligentia prælatorum.
De temporibus ordinũ, & qualitatibus ordinandorũ.
De filijs presbyterorum ordinandis, vel non.
De officio vicarij.
De officio & potestate iudicis.
De officio & potestate iudicis delegati.
De officio legati.
De officio iudicis ordinarij.

De ma-

De maioritate & obedientia.
De pactis.
De procuratoribus.
De ijs quæ vi metúsve causa fiunt.
De restitutione in integrum.
De arbitris.

TITVLI SECVNDI LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

DE iudicijs.
De foro competenti.
De litis contestatione.
De iuramento calumniæ.
De restitutione spoliatorum.
De dolo & contumacia.
De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ
Vt lite pendente nihil innouetur.
De confessis.
De testibus & attestationibus.
De iureiurando.
De exceptionibus.
De præscriptionibus.
De sententia & re iudicata.
De appellationibus, recusationibus & relationibus.

TITVLI TERTII LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

DE vita & honestate clericorum,
De clericis coniugatis.
De clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda.
De præbendis & dignitatibus.
De clerico ægrotante vel debilitato.
De institutionibus.
De concessione præbendæ vel ecclesiæ non vacantis.
Ne sede vacante aliquid innouetur.
De rebus ecclesiæ non alienandis.
De sepulturis.
De decimis, primitijs, & oblationibus.

De

De regularibus & transeuntibus ad religionem.
De voto, & voti redemptione.
De statu monachorum & canonicorum regularium.
De iure patronatus.
De consecratione ecclesiæ vel altaris.
De reliquijs & veneratione sanctorum.
De immunitate ecclesiæ, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium.
Ne clerici vel monachi negotijs secularibus se immiscent.

TITVLI QVARTI LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

De sponsalibus & matrimonijs.
De desponsatione impuberum
De cognatione spirituali.

TITVLI QVINTI LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

De accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus.
De hæreticis & Manichæis, & eorum seruis.
De schismaticis.
De homicidio voluntario vel casuali.
De excessibus prælatorum in subditos.
De priuilegijs & excessibus priuilegiatorum.
De iniurijs & damno dato.
De pœnis.
De pœnitentijs & remissionibus.
De sententia excommunicationis.
De verborum significatione.
De regulis iuris.

Positis titulis quinque librorum lib vj. prout consequenter ponuntur in libris non inspecto alphabeti ordine, ponuntur ijdem tituli siue rubricæ præfatorum librorum libri sexti secundum ordinem alphabeti: vt a lectoribus citius inueniri valeant.

TITVLI

TITVLI SIVE RVBRICAE SEXTI LIBRI DECRETALIVM.

Arbitris lib.1. titu. 22.
Accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus, lib.5. titu.1.
Appellationibus, recusationibus, & relationibus, lib. 2. tit. 15.
Bigamis, lib. 1. titu. 11.
Constitutionibus, lib.1. tit. 2.
Consuetudine lib.1. titu. 4.
Confessis lib.2. titu. 9.
Clericis coniugatis. lib. 3. tit. 2.
Clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda, lib. 3. tit. 3.
Clerico ægrotante vel debilitato. lib. 3. titu. 5.
Concessione præbendæ, &c. lib. 3. tit. 7.
Consecratione ecclesiæ vel altaris, lib. 3. tit. 19.
Cognatione spirituali, lib. 4. titu. 3.
Dolo & contumacia, lib. 2. tit. 6.
Decimis, primitijs, & oblationibus lib. 3. titu. 13.
Desponsatione impuberum, lib. 4. titu. 2.
Electione & electi potestate, lib 1. titu. 6.
Exceptionibus, lib. 2. tit. 2.
Eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, lib. 2. titu. 7.
Excessibus prælatorum in subditos, lib. 5. tit. 5.
Filijs presbyterorum ordinandis, vel non, lib. 1. tit. 10.
Foro competenti, lib 2. titu 2.
His, quæ vi metúsve causa fiunt, lib. 1. tit 20.
Hæreticis & Manichæis. & eorum seruis, lib. 5. tit. 2.
Homicidio voluntario vel casuali, lib. 5. tit. 4.
Iudicijs, lib. 2. tit. 1.
Iuramento calumniæ, lib. 2. tit. 4.
Iureiurando, lib. 2. tit. 11.
Institutionibus, lib. 3. titu. 6.
Iure patronatus, lib. 3. tit. 7.
Immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas

ad eas pertinentium, lib. 3. titu. 20.
Iniurijs & damno dato lib. 5. titu. 7.
Litis conteſtatione, lib. 2. titu. 3.
Maioritate & obedientia, lib. 1. titu. 17.
Neſede vacante aliquid innouetur, lib. 3. titu. 8.
Ne clerici vel monachi negotijs ſecularibus ſe immiſceant. lib. 3. tit. 21.
Officio vicarij, lib. 1. titu. 12.
Officio & poteſtate iudicis delegati, lib. 1. titu. 14.
Officio legati lib. 1. titu. 15.
Officio iudicis ordinarij, lib. 1. titu. 16.
Poſtulatione prælatorum, lib. 1. titu. 5.
Pactis, lib. 1. titu. 18.
Procuratoribus, lib 1 titu. 19.
Præſcriptionibus, lib. 2. titu 13.
Præbendis & dignitatibus lib. 3. titu. 4.
Priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum, libro 5. titulo 6.
Pœnis, lib. 5. titu. 8.
Pœnitentijs & remiſſionibus, lib. 5. titu. 9.
Reſcriptis, lib. 1. titu. 3.
Renuntiationibus, lib. 1. titu. 7.
Reſtitutione in integrum, lib. 1. titu. 21.
Reſtitutione ſpoliatorum, lib. 2. titu. 5.
Rebus eccleſiæ non alienandis, lib. 3. titu. 9.
Regularibus & tranſeuntibus ad religionem, libr. 3. titu. 14.
Reliquijs & veneratione ſanctorum, lib. 3. titu. 19.
Regulis iuris, lib. 5. titu. 12.
Summa Trinitate & fide catholica, lib. 1. tit. 1.
Supplenda negligentia prælatorum, lib. 1. titu. 8.
Sententia & re iudicata, lib. 2. tit. 14.
Statu monachorum regularium, lib. 3. tit. 16.
Sponſalibus & matrimonijs, lib. 4. titu. 1.
Schiſmaticis, lib. 5. titu. 3.
Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti & ſolutionis, lib. 5. titu. 10.

Tempo-

Temporibus ordinum, & qualitatibus ordinandorum, lib. 1. titu. 9.
Teſtibus & atteſtationibus, lib. 2. tit. 10.
Teſtamentis & vltimis voluntatibus, lib. 3. tit. 11.
Vt lite pendente nihil innouetur. lib. 2. tit. 8.
Vita & honeſtate clericorum, lib. 3. tit. 1.
Voto & voti redemptione, lib. 3. tit. 15.
Verborum ſignificatione, lib. 5. tit. 11.

Nota quòd in libris Sexti Decretalium ſunt tituli ſiue rubricæ lxxij. In primo lib. 21. In ſecundo 15. In tertio. 19. In quarto 3. In quinto 12.

SEquuntur tituli ſiue rubricæ Clementinarum, ve in libris earum conſequenter poſiti ſunt, ordine alphabeti non inſpecto.

TITVLI PRIMI LIBRI CLEMENTINARVM.

De ſumma Trinitate & fide catholica.
De reſcriptis.
De electione & electi poteſtate.
De renunciationibus.
De ſupplenda negligentia prælatorum.
De ætate & qualitate, &c.
De officio vicarij.
De officio & poteſtate iudicis delegati.
De officio iudicis ordinarij.
De procuratoribus.
De in integrum reſtitutione.

TITVLI SECVNDI LIBRI CLEMENTINARVM.

De iudicijs.
De foro competenti.
De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.
De dolo & contumacia.
Vt lite pendente nihil innouetur.
De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum.
De probationibus.
De iureiurando.

De exceptionibus.
De sententia & re iudicata.
De appellationibus, recusationibus, & relationibus.

TITVLI LIBRI TERTII.

De vita & honestate clericorum.
De præbendis & dignitatibus.
De concessione præbendæ vel Ecclesiæ non vacantis.
De rebus Ecclesiæ non alienandis.
De rerum permutatione.
De testamentis, & vltimis voluntatibus.
De sepulturis.
De decimis, primitijs & oblationibus.
De regularibus & transeuntibus ad religionem.
De statu monachorum & canonicorum.
De religiosis domibus, vt episcopo sint subiectæ.
De iure patronatus.
De censibus, exactionibus & procurationibus.
De celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ. & diuinis officijs.
De reliquijs & veneratione sanctorum.
De immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium.

TITVLI QVARTI LIBRI.

De consanguinitate & affinitate.

TITVLI QVINTI LIBRI.

De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.
De Iudæis & Saracenis & eorum seruis.
De homicidio voluntario vel casuali.
De excessibus prælatorum in subditos.
De priuilegijs & excessibus priuilegiatorum,
De pœnitentijs & remissionibus.
De sententia excommunicationis, suspensionis, interdicti, & solutionis.
De verborum significatione.

Post

Positis titulis quinque librorum Clementinarum, prout communiter ponuntur in libris non inspecto alphabeti ordine ponuntur ijdem tituli, siue rubricæ præfatorum librorum Clementinarum, secundum ordinem alphabeti: vt à lectoribus citiùs inueniri valeant.

TITVLI SIVE RVBRICAE LIBRI CLEMENTINARVM.

Appellationibus, recusationibus, & relationibus, lib. 2. titu. 11.
Causa possessionis, & proprietatis, lib. 2. tit. 3.
Concessione præbendæ vel Ecclesiæ, non vacantis, li. 3. titu. 3.
Censibus, exactionibus, & procurationibus, libr. 3. titu. 13.
Celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs, lib. 3. titu. 14,
Consanguinitate & affinitate, lib. 4. titu. 1.
Dolo & contumacia, lib. 2. titu. 3.
Decimis, primitijs, & oblationibus, lib. 3. tit. 8.
Electione & electi potestate, lib. 1. titu. 3.
Aetate & qualitate in ordine præficiendorum, lib. 1. titu. 6.
Exceptionibus lib. 2. tit. 10.
Excessibus prælatorum in subditos, lib. 5. titu. 4.
Foro competenti lib. 2. titu. 2.
Homicidio voluntario vel casuali lib. 5. tit. 3.
In integrum restitutione, lib. 1. titu. 11.
Iudicijs, lib. 2. titu 1.
Iureiurando lib. 2 titu. 8.
Iure patronatus lib. 3. titu. 12.
Immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium, lib. 3. titu. 16.
Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis, lib. 5. titu. 2.
Magister, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, lib. 5. titu. 1.
Officio vicarij, lib. 1. titu. 7.

Officio & potestate iudicis delegati, lib. 1. tit. 8.
Officio iudicis ordinarij, lib. 1. tit. 8.
Procuratoribus lib. 1. titu. 10.
Probationibus, lib. 2. tit. 7.
Præbendis & dignitatibus, lib. 3. tit. 2.
Priuilegijs & excessibus priuilegiatorum, lib. 5. titu. 5.
Pœnitentijs & remissionibus, lib. 5. titu. 6.
Reseriptis, lib. 1. titu. 2.
Renunciationibus, lib. 1. titu. 2.
Rebus ecclesiæ non alienandis lib. 3. titu, 4.
Rerum permutatione, lib. 3. tit. 5.
Regularibus & transeuntibus ad religionem, libr. 3. titu. 11.
Religiosis domibus, vt episcopo sint subiectæ, libr. 3. titu. 10.
Reliquijs & veneratione sanctorum, lib. 3. tit. 15.
Summa trinitate & fide catholica, lib. 1. tit. 1.
Rupplenda negligentia prælatorum, lib. 1. tit. 5.
Sequestratione possessionum & fructuum, lib. 2. tit. 6.
Sententia & re iudicata, lib. 2. tit. 10.
Sepulturis, lib. 3. titu. 7.
Statu monachorum & canonicorum regularium. lib. 3. titu. 10.
Sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti, & solutionis, lib. 5. titu. 7.
Testamentis & vltimis voluntatibus. lib. 3. titu. 4.
Vt lite pendente nihil innouetur, lib. 2. titu. 5.
Vita & honestate clericorum, lib. 3. titu. 1.
Verborum significa. lib. 5. titu. 8.

Not. quod in libris Clemen. & Decretalium sunt tituli siue rubricæ 42. In primo lib. 11. In secundo. 11. In tertio 16. In quarto. 1. In quinto 8.

COllige per versus quid vult distinctio quæuis.
Vt videat quisq; diuinum ius hominisq;.
Vtq; sciat, per quæ consistunt iura Quiritum.
Et cur dicatur res ecclesiastica canon.
Regum cur fuerint, primo condita iura.

Nec

Nec liceat cuiquam ius naturale mouere.
Hæc mala peccati distinguit ludificanti.
Ex hac cognosces, qui leges composuerunt.
Re qua ius naturæ à consuetudine differt.
Vt naturali cedant, quæ constituuntur.
Sic legi regum lex prævalet ecclesiarum.
Mandato iuris & legum vincitur vsus.
Omnia iustitiæ discretio prouida pensat.
Non dispensatur vbi naturale patet ius.
Sic nec agas leuia, quòd quid viter grauiora.
Tempus in hac disce, quo canon cœperit esse.
Respicias quot erant, & eos qui constituerunt,
Actor sit papa, si concilium celebrandum.
Dicitur hic, quod bis synodus celebretur in anno.
Hæc monstrat, quid Decretalis epistola possit,
Tanto quis valeat, quo quis rationibus instat.
Summos seu minimos recitans locat inferiores.
Ista loca distinguit & ordinat ecclesiarum.
Conseerat hæc omnes maiores, siue minores.
Discutit ista genus, patriam, vitamq; sacrandi.
Hæc dat cuiq; suum, veniale à crimine distans.
Sit post batisma contentus coniuge sola.
Hac Augustinus nubentis vota requirit.
Ista sacratorum contractum damnat & odit.
Hæ locus & causa tempus persona notantur.
Contradicit & hæc per concilium Manichæis.
Tangit & hæc quæ contineant efferre volentes.
Instruit hæc, Leuita minor quod contineat se.
Ordo sacer non detur ei, si quis bigamus sit.
Fœmina pontifici persona domestica non sit.
Ista docet, præsul quòd debet sobrius esse.
Adstruit hæc prudens quòd debeat esse sacrandus.
Hæc prohibet legere gentilia metra satytæ.
Scripturas sacras sacrandas scire iubetur.
Admonet hæc illum, qui non extrinseca nouit.
Nisi & ornatus, hic non admittitur ipse.
Conuenit esse modum gressu verbiq; cibique.

Totius est ipsi, si sit cunctis bonus hospes
In factis verbis, hunc condecet esse pudicum.
Gloria pontificis est, vt procul ingluuies sit.
Expedit vt non sit percussor quisque sacerdos.
Respuit hæc hominem distinctio litigiosum.
Mittit in interitum cupidos: hæc fœnus abhorrens.
Abijcitur sacrandus in hac si sit neophytus.
Non venit ad clerum, qui corpus habet vitiosum.
Iudicat hæc primò grauiter, sed post moderatur.
Sacrari vetat hæc omnes quos curia stringit.
Præpositus primò datur hic præposterus ordo.
Idcirco vetat hos: quia sæpius hi repetuntur.
Reijcit hæc seruos sine libertate sacrandos.
Eijcit abscissos, & corporibus vitiatos.
Condemnatur in hac generatio bresbyterorum.
Hic baptizatus prohibetur si fuit æger.
Hæc vetat abbate monachos nolente sacrari.
Officium negat hæc nisi sit benè quisque probatus.
Nullus erit præsul, nisi quem sacer ordo decorat.
Indigni laici iubet hæc ne pontifices sint.
Clerus, plebs, princeps: hic eligit, hæc petit, hic vult.
Vsurpans laicus id vt eligat, audiat istam.
Sed docet hæc per quid tribuatur præsulis ordo.
Cùm dissentio fit, à pluribus edita stabunt.
Vt sacretur ab omnibus archiepiscopus, hæc vult.
Instituiq; iubet à præside bresbyteros hæc.
Vult hæc sacrari, si cui dubius fuit ordo.
Si vult hoc præsul. lectores efficit abbas.
Ecclesia titulove carens non promoueatur.
Respice dicta patrum ne promoueas alienum.
Abnuit hæc recipi, cui dimissoria non est.
Tute susceipis hunc, quem sic formata tuetur.
Punit maiores dum promouet inferiores.
Distinguit tempus hæc, in quo promoueantur.
Tempora distinguit, & in his ieiunia ponit.
Rectos indicat hæc modulos interstitiorum.
Ista dat annorum numerum, quo promoueantur.

A quibus

A quibus ipsa patris electio debeat esse.
Sed loca pontificis docet hæc & presbyterorum.
Crimine quo careat sacrandus, in hac replicatur.
Hæc dat pauperibus, lapsosq; docet reparare.
Vt nec consensum det peccatis alienis.
Sollicitus sit episcopus oppressos releuare.
Congruit vt præsul primùm ferat hospiti curam.
Incautum largum vetat hæc: venantibus obstat.
Hac datur impensa viduas inopesq; tueri.
Respuitur clerus si non pius, aut cupidus sit.
Istic sit regula hæc, & quod benè præpositus sit.
Ex hac sacrari prohibentur litigiosi.
Tutius arte petat, nisi sit satis Ecclesiæ res.
Hæc plus corde probat Domino, quam voce canendũ,
Hæc dat obedire maioribus inferiores.
Non negat ista suas mandare vices patriarcham.
Sed non omninò vetat ista tacere minores.
Vt secli princeps non ordinet Ecclesiæ res.
Vrbs non signatos apices non vult neq; mittit.
Est ius muniri peregrinum quinque sigillis.
Vniuersalem nullum sit ista vocari.
Ista vetat ne qui celebrent. nisi pallia dentur.
Moribus indecori, non pallio sunt decorandi.
Absit vt vna duos habeat prouincia patres.
Sensum versibus ijs dat causæ quæstio quæuis.
Damnat & ementes spiritalia gratia Christi.
Ingressum vendens vel emens perdo Ecclesiarum.
Si pro præbendis dederis quid, si non haberis.
Criminis ignorans fiet reus ille paterni.
Ecclesiam reddit vix ista, quòd ordine præstet.
Rursus promotos abscindit Ius promouendos.
Ecclesiæ pax plena sibi, pleriq; negatur.
Causa patens cùm sit cunctis, non quæritur ordo.
Ad ius vel synodum nullus trahat expoliatum,
Vim talem subeat, qualem fecisse volebat.
Ad testesq; duos præsul conuincitur aptos.
Sic cadit accusans, non cogetur reus vltra.

Respuitur iure vox dilatoria sit sit.
Vir bonus accusat quemuis, licet inferior sit.
Mandato legis datur accusatio scriptis.
Quod plenè restitui debeat, Ius edocet omne
Vtitur indicijs quanto fuit expoliatus.
Aptè tractetur, quamuis inducia detur.
Restat vt infamis & homo sine lege tacens sit.
Vox inimica domestica non obest alieno.
Mitte vul duci non debet ad exteriores.
Liber ab hac non stat si quem sua culpa remordet.
Judex auditor non fiat præsulis vnus.
Iudicio nullus vnquam damnabitur absens.
Exigitur ne quis in quo cadit, hoc repetatur.
Torquet in actorem sibi vox obiecta reatum.
Omnis anathema nec agat, nec testificetur.
Ritè tacet quiuis, minor illum si tenet ætas.
Dum nequis agere, nequeas & testificari.
Ius statuis, ne sit quis vnquam testis & actor.
Nunquam damnetur quis cum non possit adesse.
Dat ius quod quis agat pro se ciuilia tantum.
Mittit famosum neglecta probatio flagris.
Est accusandus semel & bis; terq; vocandus.
Nemo procuret crimen, ciuilia curet.
Baiula Iuris habet vt synodalia fiant.
Reu era malus est mala cuius qui malè pandit.
Aut caput aut lingua delatori capuletur.
Omnes infames taceant, aut crimine tenti.
Præsulis obiecta nisi vera probes, reprobaris.
Iudicium expetere nunquum debes alienum.
Alter adesse potest, si sit prouincia discors.
Sic cadit accusans, non cogetur reus vltra.
Est qui dum viuit nemo sibi substituendus.
Tutus semper erit hic qui se dante recepit.
Dat ius ne statuat successorem sibi præsul.
Nullus amicorum mihi prosit vt eligar vnus.
Flectus cùm sim, præstatur cautio damni.
Et secum standum, sententia ni vetat ipsam.

Ordinis

Ordinis est, ne quis vnquam redeat sine scriptis.
Si quis anathema statuit, virtute carebit.
Iudicis alterius nullus est ordo petendus
Curent primates rectè sua, non aliena.
Non dubites dotem cùm basilica retinendam.
Ordinet & seruet, dispenset, non alienet.
Nil præter binos præsumat sumere soldos
Iudicet vt laicus, clerum non attrahat vllus.
Iudicium secli sequitur suspensio cleri.
Seu bona seu mala sit sententia. dico tenendam.
Dico quod proprium poterit quid clerus habere.
Ecclesiæ ii res vendis, vel emis sibi reddas.
Si dare vis & des, dare non potes ecclesiæ res.
Ex re commui quisitis vtimur æquè.
Si fortasse voles testari, de proprio des.
Ecclesiæ baptismali, dandæ decimæ sunt.
Tempora longa trahunt, ius funeris & decimarum.
Ius est, ne quis plus repetat, quàm debeat alter.
Non nisi ciuili re, frater testis habetur.
Tale quid exercens, non debet clericus esse.
Si tulerit plus quàm dederit, iam fœnus habetur.
Ex malè quæsitis, eleemosyna non fit egenis.
Si malè parta tenet, dignè non pœnitet vllus.
In furia non pœna datur, cùm pœna notatur.
Nec retinere licet, quæ sunt promissa patrono.
Solùm voce nequit condemnari mulieris.
Tale die domini placitum non debet haberi.
Atque probatur, in hac probatio danda neganti.
Nec confessio fit, nec iuramenta coacta.
Tollere non poterit, quem confert solus honorem.
In grauibus si sit deuictus, hic eijciatur.
Dantur in hac monachi, pastores ecclesiarum.
Abbas ecclesiam, præsul debet dare curam.
Hic legitur quòd ius, & rem præscriptio tollit.
Quadragenis domibus præscriptio religiosis.
Tales si teneant ius, non tamen ergo gubernent.
Vsurpans sine iudicio rem, decidet à te.

Respuit

Respuit à laticis ius Ecclesias retineri.
Quæritur an liceat cordis dimittere votum.
Vt sua Gonsaldus teneat, quæ dederat æger.
Omne monasterio remanebit nec redit ille.
Dum redit illicitè, quæ contulit illa manebunt.
Terminat hæc apud alumnum synodale statutum.
Vt non Abbates à præsule constituantur.
Vt præsul clerum non impediat monachandum,
Ipso autem nolente, tamen non suscipit alter.
Sed iam Canonicos, canon prohibet monachari.
Quem pater offert, si placet, exit cùm sit adultus.
Visam mox vestem si non pater abdicat, hic stet.
Offert inuitum, nec seruat religionem.
Et si forè placet, monacho transire licebit.
Prima sit ex titulo: sit commendata secunda:
Ecclesiam renui vetat hæc, aliamq; cupiri.
Tertia ne liceat tractare negotia secli.
In clara veste prohibetur clericus esse.
Examen proprium fugiens, sine spe graduum sit,
Iuramenta licet homini dare quando necesse.
Si sic esse putat, vt ait, non peierat ipse.
Taliter exemplo, quòd obediat iste probatur.
Vota promissa mutentur turpia si sint.
Si periurare cogis, periurus haberis.
Ex iusta causa multis licet arma mouere.
Fit bellum iustum, si pro rebus repetendis.
Fas est quando quidem socio succurritur armis.
Inferriq; docet vindictam quæstio quarta.
Cùm sit ad hoc positus, vt puniat ille miretur.
Iura iubent homines peruersos ad bona cogi.
Ecclesiæ rebus sint hæretici spoliandi.
Tandem de clero nulli licet arma mouere.
Si quis es hæreticus, tua sit sententia nulla.
Interdum mali post mortem corripiuntur.
Crimine prædonum non damnetur domus eius.
Tuta sit Ecclesia, quam lex priuata tuetur.
Et si subsequitur lex altera, derogat illi.

Mentem

Mentem diuinam rimantes, sortilegi sunt.
Vita non viuunt, qui peccant ista tenentes
Nomina, materiam quæ per primordia sumpsit.
In quatuor disces ista. si fortè requiris.
Tales, ni cessent, communio tollitur ipsis.
Vinctum pontificis, non solues tu moriturum.
Morte facit pœnas, noli præponere quantum.
Si sit solenne, dirimit connubia votum.
Sponsa ligat sponsum, propriè non est tamen vxor.
Soluit disparitas cultus connubia quæque.
Iungitur hic alij, si respuit illa manere.
Testatum bigamum sacer Augustinus eundem,
Vires coniugij personæ dissipat error.
Tantum conditio poterit, si vilior erit.
Nam contracta priùs non soluit fœdera, sed post.
Parui contrahere nequeunt sponsalia iure.
Spiritualis naturali non societur.
Vxorisq; suæ cognatis non societur.
Mandatur clandestina ne connubia fiant.
Pollutam vetat hæc in mortem fraude parentem.
Si datur inuita, post quando placet reddit illam.
Vt nulli nubat, nisi patris sponsio fiat.
Ducere lex prohibet in coniugio meretrices.
Obstat coniugio sacro complenda libido.
Cùm liber sit auus, non spondeat hanc pater eius.
Tangere ne liceat aliam, quàm stirps sibi fiat.
Reuera sine mente caro nunquam violatur.
In simili lapsu, non hanc dimittet adulter.
Nullam dum viuit hæc, hic pro coniuge ducat.
Alter non peccet, quo damnetur minus alter.
Frigidus est alij tunc non sociabitur vlli.
Vir non abijciat sine iudicio mulierem.
Tertia, si credis, purgat confessio crimen.
Purgat secretum cordis contritio crimen.
Et perfecta semel dilectio non cadit vnquam.
Nemo semel si pœnituit benè, pœnitet vltra.
Ista probat dimissa semel, peccata teneri.

Magna

Magna cautela quiuis pensare tenetur.
Debeat esse gemens, & qualis vulnera purgans.
Omnes baptismi maculas quo tergere possit.
Dum tamen in vita post mortem ducere vitam.
Vt vir non oret, vxor si debita quærit.
Mens vtriusq; nisi sit, non bene continet alter.
Tuta manet viuente viro, quæ nescia nupsit.
Vult Leo si venit hic, redit hæc, retinens sq; priorem.
Cognatam propriam, nemo pro coniuge ducat.
Omnes vxoris consanguineos reprobabis.
Nunc septenorum graduum distinguitur ordo.
Vtq; status hominis, sic est generatio quarta.
Truncus ponitur hic cùm ramis, vt docet auctor.
In testes recipi, monstrat tibi sexta parentes
Jungitur hic, quòd non incestu gignitur hæres.
Vtitur hæc, in quo dispensandum licitum sit.
Aut si fraus subeat, cogetur illa reuerti.
Susceptam sobolem, verat affini sociandam.
Tunc raptus fiet, cum vi deducitur illa.
Coniungetur ei purgatio crimine raptus.
Consecrat ecclesias domini distinctio prima.
Panis sacrati fert sacramenta secunda.
Tertia dat ferias, nobis ieiunia subdit.
Baptismiq; docet tempus distinctio quarta.
Confirmat, sacrat, officijs ieiunia laudat.
Pneumate donato, concludit fine beato.

Explicit Decretum versificatum.

Sed quia Decreti rubricas nimis esset fastidiosum enumerare, propter maximam multitudinem: ne tamen naturam eius præteream, versus subiunxi totam materiam Decreti significantes in genere de qualibet distinctione, & omnibus quæstionibus cunctarum causarum.

Liber Decretorum distinctus est in tres partes. Quarum prima vocatur Distinctiones, & huiusmodi sunt centum & vna. In primis duabus distinctionibus tractat magister Gratianus de Iure, ponendo

Inuito beneficium non datur. ff. de re. iur. l. inuito.

Impossibilium noulla est obligatio ff. de re. iur. l. impossibilium. & l. si stipuler. ff. de verb. obl. Contra, ff. de cond. & demon. leg. Mæuius, §. 1. & instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. expedit.

Inter si & cùm, non debet esse aliqua differentia. digest. de verb. ob. leg. quæcunque. Contra, C. quando dies. l. ce. leg. ex his. ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus.

Inuitus nemo cogitur defendere. ff. de reg. iur. l. inuitus.

In multis iuris articulis deterior est conditio fœminarum quàm masculorum, l. in multis. digest. de stat. hom. & vide glo.

Imperfectum testamentum sine dubio nullum est, insti. quib. modis test. infirm. §. nam imperfectum.

Inter dominum, & eum qui in potestate eius est, non nascitur aliqua obligatio. inst. de noxali. actio. §. si seruus.

Inter

Inter patrem & filiũ nulla lis esse potest, nisi ex castrensi peculio. l. lis nulla ff. de iudi. & vide glossam.

Iurisdictio est iudicis dandi licentia. ff. de iurisdi. omn. iu. l 3. in fin.

Iure & non vi debitor conueniendus est, ff. quòd met cau. l. extat. & C. de actio. & oblig. l. negantes.

Iniuria quæ fit emptori auctorem non debet contigere. ff. de euec l. si per imprudentiam.

Iuste possidet qui authoritate prætoris possent, l. iuste ff. de acquirend, possess.

In publicum pactis priuatorum mutari non potest. ff. de pac. l. ius publicum.

Institutio & substitutio non habent locum in codicillis l. non condicillum. C de testa.

Infans dicitur minor septem annis, l. si infanti. C. de iur. delib.

Ignorantia facti aliquem excusat, l. nihil. §. si cum filius, ff. de inoffi. testa. quia erranti succurritur.

In contractu emptionis & venditionis requiritur consensus: & ideò furiosus non potest contrahere emptionẽ, nec venditionem. C. de contrahen. & vendit. l. 2.

Inuidia reprobatur inst. de l. Fal. circa princ.

Iustè deprecantibus nihil debet denegari ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. si dominus. §. sed dominorum, inst. eo. §. sed & dominorum.

In eo plus quòd plus est, semper inest minus. ff. de reg. iuris. l. in eo.

In toto etiam pars continetur. ff. de re. iu. l. in toto.

Imputatur ei qui se ponit in periculis. ff. ad legem Aquiliam. l. item Mela. in prin.

Illud quod semel approbatur non debet reprobari. Nam quod approbo, non reprobo ff. de neg. gestis. l. Pomponius.

Ius est ars boni & æqui, cuius meritò nos quis sacerdotes appellat. ff. de iust. & iu. l. 1.

Ius est lex firmissima, quò ad mundum, inst. de re. diui

diui §. sanctæ, quoque res.

Ius est res sanctissima quò ad animam, quia eius præcepta concordant cum diuinis. ff. de iust. & iur. l. iustitia, §. iuris præcepta.

Iuris præcepta sunt hæc: honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere, inst. de iust. & iur. §. iuris præcepta.

Ius publicum est, quòd ad statum rei Romanæ spectat. inst. de iust. & iur. §. penult.

Ius priuatum est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet, ff. de iust. & iur. l. 1. §. huius.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. inst. de iure naturali, gen. & ciui. in prin.

In cognitione iudicij maior quæstio minori præfertur. l. 1. C. qui ac. non pos. hoc est verum, nisi minor sit præiudicialis maior: vt C. ad leg. Iuliam de adul. leg. quoniam.

Inspiciendum est, quod euenire potest, inst. de rerdi. §. illud quæsitum, ff. ad l. Fal. leg. in quantita. §. magna. ff. de iurisd. om. iud. le. si idem circa si. ff. loca. l. si quis domum. §. idem quærit. Contra. de le. inter stipulantem, §. sacram rem. ff. de verb. obl. & instit. de inutil. stu. in prin.

Iuramentum obtinet locum probationis digest. de iureiur. l. sed & si possessori. c. fi. & l. non erit. § 2. ff. eo.

Iussus prætoris aliquem excusat. ff. de iurisdict. omn. iu. l. si quis id. §. doli mali ff. de mino. leg. ait prætor. §. quid tamen.

Iuramentũ factum in pacto à iure cõmuni remoto, non est obseruandum ff. de pac. l. iurisgentium. §. fin.

Illa pacta videntur inesse in contractibus bo. fi. quę dant legẽ contractui. i. quæ in ingressu contractus facta sunt ff. de pac. l. iurisgentium. §. idem Marcellus.

Ius dicitur locus in quo ius redditur ff. de iustit. & iur. l. fin.

Iure naturali omues homines liberi nascebantur. l. manumissiones. digest. eo. tit.

Iuris

Iuris nomen à iustitia appellatur le. 1. in prin. ff. de iustit. & iure.

Ius publicum in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit, digest. e. l. 1 §. publicum.

Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur, l. 1, §. fi. ff. de iust. & iur. & l. omnes in fin. eo. tit.

Iuramentum contra leges non est seruandum, in authen. scen. non solùm §. 1. colla. v. quæ est C. de nup. authen. quod eis. & ff. de iur. pat. l. adigere, & C. de le. & constit. non dubium, in fine.

In omnibus hominibus terminus vitæ est mors, in authen. de hære. & Falc. §. hæc quidem, collat. 1.

In multis similia sunt iudicia & arbitria. ff. de arbitris l. 1.

Ipsis rebus & nō verbis legem imponimus. C. communia de leg. l 2. in fi. & de vsuris. l. fin.

Infantem tuetur innocentia. l. infans. ff. ad le. Cor. de sic.

Infelicitas fati furiosum excusat, in eadem l. infans digest. ad l. Cor, de sica.

Iussus iudicis aliquem excusat. ff. de aqua plu. arc. leg. quanquam autem in princ. ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id. §. doli mali de his qui not. infam. le. furti, §. qui iussu. digest. quòd . . aut clam leg 4. §. non iure. ff. quod fal. tuto. aut l. interdum. Contra, C. de appel. le. le. quoniam.

In diem acceptilatio facta, nullius est momenti. l. in diem. ff. de acceptila.

In incertis & non certis, locus est coniecturis. l. cōtinuus ff. de verb. obl. §. cùm ita in fine.

Illud quod fauore aliquorum introductū est, non debet ad eorum læsionem retorqueri l. quod fauoribus. C. de legibus.

Imperator reprobat audaciam, C. vnde vi. l. si quis in tantam. Contra, ff. de li. & post. l. Gallus. §. nunc videndum.

Ius ciuile est, quòd nec in totum à iure naturali, vel gentium

gentium recedit: nec per omnia ei seruit. ff. de iusti. & iu. l. ius ciuile.

In ambiguis rebus humanior sententia est proferenda. ff. de re. du. l. si fuerit in fi.

In necessitatibus nemo liberalis existit. digest. de adi. le. l. rem legatam in fi.

Interpone tuis interdum gaudia curis. No. glo. in procœmio. ff. §. ne autem tertij anni.

Iudex non iure pronuncians facit iniuriam. insti. de iniur. circa princ. ff. de euic. l. si per imprudentiam.

In re propria furtum committi potest. instit. de ob. quæ ex malè. §. interdum aliàs. §. aliquando.

Iusta ignorantia & probabilis debet excusare. insti. mand. §. sed vtilitatis, aliàs. §. rectè.

Illud possumus, quod commode possumus. instit. de inuti. sti. §. fi. in gl. l. nepos ff. de ver. sig.

In alternatiuis est electio debitoris. inst. de ac. §. si quis ita. aliàs. §. huic autem. digest. de iu. do. l. plerunque in. fin.

Infamis potest esse procurator. insti. de excep. §. fi. digest. de arbitris. l. sed si in seruum.

Iudices & alij duces debent largè de rebus suis distribuere & maximè ecclesijs in authen. de non ali. aut permu. re. eccles. §. quid enim causetur.

Interest principis subiectos habere locupletes. in auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. considerauimus enim collat. 2.

Iurans debet tenere & tangere sanctuarium siue librum, super quo iurat. in authe. iusiuran. quod præst. ab his. in prin. colla. 2.

Ius ciuile est, quod ex legibus. plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum auctoritate prudentum venit. digest. de iusti. & iu. l. ius autem ciuile

Ius prætorium est, quod prætores introduxerunt. adiuuandi, supplēdi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatē publicam. & honorarium dicitur, ab honore prętor. ff. de iust. & iu. l. ius autem ciuile. in fi.

Ius autem honorarium est, quasi viua vox iuris ciuilis. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iure.

Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt. ff. de stat. ho. l. & seruorum. §. ingenui.

In rebus nouis constituendis euidens esse debet vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est. ff. de consti. prin. l in reous.

In re non possessa furtum committi non potest. ff. si quis in test. lib. esse iussus fuerit l. j. §. Scæuola.

Illud est perfectum, quod ex omnib. partibus suis constat l. 1. §. 1 ff. de origine iuris.

Inciuile est, nisi tota lege inspecta, vna aliqua eius particula proposita iudicare, vel respondere. l. inciuile, ff. de legibus.

In conditionibus testamentorum potius voluntatem, quàm verba considerari oportet. l. pater. ff. de cõdi. & demon. & ff. de lega. 1. l. penult.

Iudex non debet aliquem sine causa citare, vel accusare. l. cùm ff. de transact.

Interdictum, vnde vi requirit violentiam. l. cùm quærebatur. C. vnde vi.

Istud verbum vtiq;, idem est quod tantum. l. armorum. ff. de verb. sign.

Inter priuationem & habitum non est dare medium. ff. de verbo. sign. l. hæc verba. 3. Contra, de l. i. §. scientiam. ff. de tributor. act. & ibi in gloss. in verb. velle.

Indefinita æquipollet vniuersali. not. glo. in ca. vt circa de elect. li. 6.

Indefinitum in iure reprobatur. C. de sacro. eccle. l. fi. extra de reseri. c. cùm in multis. lib. 6. Contra. ff. de in litem iurando l. videamus. §. iurare.

Instar sacrilegij est disputare de principis potestate. C. de cri. sac. l. 2.

Iustum est, vt ille qui alium decipere credit, suam sentiat iacturam, in authen. de emphyt. contract. §. si quis col. 2.

Ius

Ius naturale est immutabile, instit. de iure natur. §. pe. ff de ac. re. do. l. 3. & ff. de condi. inde, l. nam hoc natura de instit. & vsuc. princ.

In ambiguis orationibus accipienda est mens proferentes, l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & de reg. iur. l. in ambiguis. Contra ff. de pac. l. veterib. cum alle.

Instrumentum exemplatum non probat. C. de diuer. rescrip. l. sancimus. authen. si quis in aliquo documento C. de eden. Contra. C. de testam. l. publicati in authen. vt fratrum filij §. illud. col. ix.

Illa quæ sunt eadem, non debent diuersis nominibus nuncupari, C. de codicil. l. si idem, Contra, idem est codicillus, & testamentum, & tamen diuersis nominibus nuncupãtur. C. de testa. mi. l. fin. & C. qui testam. fa. pos. l. hoc consultissima. §. 1.

Iudex quilibet potest de qualibet causa cognoscere, quia ille potest, &c. cuius officium latissimum. l. vbi autem non apparet. §. 1. ibi, & cum oppositionẽ. & ff. de verb ob. modo officiũ iudicis est latissimum. ff. de iurisdi. omn iu l. 1. ergo quilibet iudex potest, &c. per. l. 1. de don. Contrà de. l. magistratus. & l. 2 ff. de iurisdictione omnium iudicum.

In facto quod se habet ad bonum & malum, magis de bono quã de malo præsumitur. ff. pro socio. l. merito. & pro solutione. l. Quintus Mutius. ff. de don. inter vi. & vxo & l. si defunctus. C arbi. tute

Idem est iudicium de toto quo ad totum, & de parte quo ad partem. ff. de rei ven. l. quę de tota ff. de ver. oblig. l. à Titio. Contrà de l. naue. & l. ex mille. ff. de euic. & l. fin. in ius vo. vt eant, aut satisdent.

Iracundia excusat à culpa. No. glo. l. 3. ff. de diuor.

Ignorantia peccatum excusat. C. de ser. fu. l. quicũque. l. in omni parte. ff. de iu. & fac. contrà. C. vnde vi. l. si quis tantam.

Illa quæ ad vnum finem ordinantur, non debent contraria operari. C. de legib. quod fauore. & iuncta

ratione illlius.§. fortiſſimi. Annua ſi debes.& inſti.de verb. obli. §.at ſi ita & deinuti. ſtipu. §.qui hoc anno. Contrà.digeſt.quod quiſq; iuris. in rubro & nigro. & inſtit.de auth.tu. §.neque.

In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. inſti. de adop.§.fin.ſed hodie. & l. hac conſultiſſima. §.ex imperfecto.& §. fin. C.de teſta. Contra, quia maiorem habet conuenientiam frumentum, quàm moneta: quia naturaliter conueniunt in forma naturali, ſed moneta in forma accidentali quæ non eſt tanta: & tamen ſi immiſceas frumentum tuum cum meo, non erit commune, quamuis ſecus in pecunia ar. l. ſi alieni. digeſt. de ſolu. iuncto. §. quòd ſi frumentum. inſti.de re di.

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum. Not glo. in authen.de appel. §. 4.in fi.col.4.

Idem eſt de his, quæ non ſunt, & quæ non apparent. l. in lege.digeſt.de contrahen.emp. & ven.

Intereſt reipub.ne ſua re quis malè vtatur.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie. iu §. ſed maior.in fine.

Iuſtus dolor in aliquo excuſat.C.ad leg. Iu.de adul. l. Gracchus & digeſt.ad l. Cor. de ſic.l.1.§. fi, & digeſt. de adul.l.ſi adulterium.§. imperatores.

Inaniseſt actio, quam excludit inopia debitorum. digeſt.de dolo.l.nam is.

In dubio nobilior & melior præſumptio eſt accipienda.l. meritò.ff.pro ſocio.l. Quintus Mutius. ff.de donat.inter vir.& vxo.

Initium eſt ſpectandum,l. Pomponius.2 digeſt. de nego. geſt.

Ius oritur ex facto.l.ſi ex plagis.§.in cliuo.digeſt. ad le. Aquil.

Iudicio quaſi contrahimus. digeſt. de pecu. l. licet. §.ſed ſi filius.

Inuidioſus ego non inuidus eſſe laboro. Not. glo.in l. vnica,C.de cade.tol. circa princi. ſuper verbo, inuidioſum.

In ma-

In maleficiis voluntas ſpectatur,non exitus.digeſt. ad l.Cor. de ſic. l. diuus Adrianus.& l. 1.§. diuus.

Iniquum eſt, vt maritus pudicitiam ab vxore exigat. quã ipſe non exhibeat: vt.digeſt.de adul.l. ſi vxor. §.iudex.

Ius naturale non conſtituitur per adoptionem. ff. de adop. l. qui in adoptionem. nec per epiſtolam. C. de proba.l.non nudis.& l.non epiſtolis.

Imperator eſt pater legum,in auth.de inceſtis nup. §.dubitatum itaq; col. 2.

Iudex debet ſententiam ferre in ſcriptis. l. ſtatutis. C.de ſenten.ex peri.recei.

Iracundia excuſat à culpa.not.glo. in l.3. digeſt. de diuor.& rep. Item minuit delictum.C.de adult.l.Gracchus.& C. de aboli.l. 2. Item contractum reſcindit.ff. de publicanis.l. licitatio.& l. quicquid. digeſt.de. reg. iur. Contra. C. de iniurijs. ſi non conuicij. §. ſi autem in rixam.

Iurans regulariter de vitio nõ tenetur.ff.de ac.emp. & ven.l. Iulianus.§.item qui furem. niſi in quinq; caſibus enumeratis in glo. illius.§.

Ingratitudo eſt prima cauſa feudi amittendi: vt in primo cap. in prin.quæ fuit prima cauſa benefi.amit. colla 10.

Iuramentum non tollit ius commune. l. vl. C. de non nu. pec.& de tranſac.l.ſi ex falſis.

Iudex non debet eſſe mitior lege. in auth. de iudi. §.oportet.colla. 6.

Iudex poteſt ſuum errorem corrigere,ſi malè ſit interlocutus.l.quod iuſſit.ff.de re.iudi.extra de appel.c. cùm ceſſante. de ſenten. excommu.c. ſacro. & de accu.cap qualiter & quando.quod facit contra aduocatos & conſiliarios principum, qui ſuum errorem ſuſtinent.

Iniuriæ inde naſci non debent,vnde iura naſcũtur. l. meminerint.C.vnde vi.& extra de accu. c. qualiter & quando.

Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur. ff. de proba. l. verius. cum ibi not. sed arg. contra. l. cum de indebito in co. titu. in fine primi respo. & ibi not. & no. in c. ad audientiam nostram. 2. extra de rescripti. in glo. fi.

LEx est donum Dei. l. 2. digest. de legibus.

Leges sunt sacratissimæ. l. leges sacratissimæ. C. de legibus,

Lex non debet fieri propter bonas fœminas, quia raræ sunt, sed propter malas, quia multæ sunt: vt in l. scripta in authen. vt sinè prohibitione matres debi. & credi. §. quia verò colla. 5. Nam ex his, quæ fortè aliquo vno casu accidere possunt, iura non constituuntur. l. ex his. digest. de legibus.

Leges ab omnibus scire debent l. leges sacratissimæ. C. de legibus.

leges dant formam futuris negocijs. l. leges & constitutiones. C. de legi.

libertus tenetur præstare reuerentiã patrono suo. l. 1. de obsequijs.

licet vnicuiq; sanguinẽ suum redimere. l. fi. digest. de receptatoribus.

ludus tabularum est prohibitus. in auth. de sanc. epi. §. interdicimus. col. ix.

ludus scacorum est permissus: quia consistit in ingenio naturali. No. in authen. interdicimus. C. de epi. & cler.

legitimum tempus est triennium. l. properandum. C. de iudi.

leges non permittunt aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori. in authen. de hære. & fal. in fi. col. 1.

licet præfationibus vti. digest. si cer. pe. l. 1. legib. expressum est, illicitæ rei iusiurandum non oportere seruari. in auth. quod cis. C. de nup.

libellus est breuis scriptura narrationem actoris in se continens; vt C. de appella. l. ampliorem. §. litigatores

gatores. & libellorum dictatores non debent vti verbosis assertionibus. l. ampliorum. §. in refutatorijs. C. de appel.

Legem superioris tollere nemo potest. ff. de arbi. l. nam magistratus.

legatarius potest esse testis in causa testamenti. ff. de testa. l. qui testamento. insti. eo. §. penul. Contra: quia nemo testis in sua causa, &c. ff. de testi. l. nullus. C eo. l. omnibus.

libertas omnibus rebus fauorabilior est. ff. de reg. iur. l. libertas omnibus rebus. vt suprà.

libertas est res inæstimabilis. ff. de reg. iur. l. libertas inæstimabilis res est.

libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Inst. de iu. perso. §. 1.

leges ab omnibus debent obseruari. l. 3. C. de legibus.

leges egent armis. ff. de rei ven. l. qui restituere.

lex est commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercio: communis reipub. sponsio. ff. de legibus. l. 1.

legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. ff. e. l. legis.

Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interroganre, veluti consule, constituebat. insti. de iur. na. §. lex est.

lex debet esse de dubio, & de difficili casu. l. quod labeo. ff ad Carbo.

Lex est sanctio facta iubens honesta, prohibens contraria. l. nam & Demosthenes. ff. de legi. cum ibi nota.

libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt, insti. de liber. in prin. & ff. de sta. hominum l. libertini.

legitimè factum nullam pœnam meretur. C. ad

legem Iuliam de adul. l. Gracchus. & C. de admi. tu. l. sancimus, & ff. de reg. iur. l. nemo damnum. Sed contra. C. de secundis nup. l. 1. & in authen. de restit. & ea quæ pa. §. fin. & C. de rei ven. quoties. & ne tu. vel cu. l. 1. & C. rem alienam gerentib. l. 1.

Longum tempus dicitur decennium. ff. de vsuf. l. cùm de in rem. in gloss. super verbo, longo. & C. de præscrip. longi tem. 10. vel 20. an. in rubrica.

latrones possunt quæstionari die feriato, fortè die Paschæ, & possunt condemnari. l. prouinciarum. C. de ferijs. Contra. de l. 3. C. de epis. audien. vbi dicitur, omnia vincula dissoluuntur die Paschæ.

liberum corpus non recipit æstimationem. l. 1. §. sed cum homo, & l. fi. in fi. ff. de his. qui deie. vel effu. & ff. si qua. pau. fec. dicatur. l. ex hac. sic nec res sacra. digest. de re. diui. l. sacra. §. fi.

libertas semel competens non potest retractari. instit. de eo. cui li. cau. §. hi autem quos. in fi.

longè commodius est possidere, quàm petere. instit. de interdic. §. retinendæ.

lapis dicitur quasi lædens pedem not. glo. insti. de testa. in prin.

longa dilatio non debet esse damnosa. l. 1. §. in omnibus. digest. de iudi.

Leo est fortissimus bestiarum. No. glo. in authen. de nup. §. 2. col. 4. in verbo, virum.

largiùs expendit, qui sperat sibi aliqua euenire. ff. de petit. hær. l. sed & si. §. si quis re sua.

Legum correctio est euitanda. C. de appel. l. præcipimus. in fi. & cap. cùm expediat. de elec. in 6.

legatum est donatio quædam in testamento relicta. l. legatum. ff. de leg. 2.

licet mihi aliquis fraudem faciat, non propter hoc alijs facere debeo l. si pater tuus. C. de nouationibus.

libertas præferenda est commodo pecuniario instit. de eo cui liber. cau. bo. addicuntur. §. hi autem quos in fin.

Medium

MEdium est eligendum. in authen. de consul. circa prin. colla. 4. vnde dicitur. Medium tenuere beati. & facit ad hoc. digest. de offi. proconsul. l. solent. §. fin. instit. de rer. diuis. §. cùm ex aliena materia.

Mos maiorum est seruandus l. more maiorum ff. de iurisdict. omn. iu. & C. de testa. l. testamenta omnia. iuncta. l. maximum vitium. C. de li. præter & exhæ.

Minimè sunt mutandâ. quæ interpretationē semper habuerunt certam. l. minimè. digest. de legibus.

Manumissio. libertatis est datio. digest. de iustit. & iur. l. manumissiones. insti. de liber.

Minor 18. annis non potest esse iudex. l. quidam consulebant. ff. de re. iudi.

Mutus surdus, absens, non possunt stipulari. l. 1. ff. de verb. obl. in principio.

Melior est conditio possidentis. C. de rei ven. l. fi. instit. de interdic. §. commodum. & ff. de ver. obl. l. si seruum.

Momentanea possessio dicitur, quæ parum potest manere penes possidentem, quia statim potest agi cõtra ipsum iudicio possessorio. digest. de acqui. poss. l. non videtur.

Multum facit oculorum inspectio. l. satisq; in fin. ff. de in ius vo. & ff. de acq. poss. l. quod meo. §. si venditorem.

Mulier est auara. nam faciliùs se obligat, quàm alicui donet. l. sed si ego. in fi. ff. ad se. con. Velle. & ibidem no. glo. quòd genus mulierum est auarissimum in donando Sic. C. de don ante nupt. l. si à sponso. ff. de donat inter virum & vxo. l. si stipulata. in fin.

Mulier est sagacior masculo. l. 2. §. fœminas. C. de his, qui ve. æta. impe. & ibi. no. glo. quòd mala herba citò crescit.

Mulieres sunt loquaces. digest. de postulan. l. 1. §. sexum.

Mulieres sunt falsæ, fragiles & corruptibiles. No. gl. digest. de testament. l. qui testamento. §. mulier. instit. de testa. §. testes.

Mediam viam tenuere beati. not. gl. l. 1. versi. Labco. digest. de aqua. plu. arcen.

Mulier minus audet, quàm masculus. C. ad legem Iul. ma. l. quisquis. §. ad filias.

Mulieres non possunt accusare, nisi res ad eas pertineat. C. qui accusa. non possunt. l. senatusconsulto.

Mulieres non possunt postulare. l. 1. § sexum. digest. de postu.

Mulier non potest esse procurator. digest. de procu. l. neque fœmina.

Mulieres non possunt pro alia interuenire. l. 1. ff. ad se. con. Velle. nisi in sex casibis. positis. in l. 1. in gl. digest. eo. tit.

Mulieres sunt remotæ ab omnib. officijs publicis, vel ciuilibus. digest. de reg. iur. l. 2.

Mulier non potest esse iudex. l. cùm prætor. §. non autem. ff. de iudi.

Mulier non potest esse testis in testamento. ff. de. testa. l. qui testamento. §. mulier.

Mulier debet præstare operas, & ad illud officium deputatur. ff. de oper. lib. l. sicut.

Mulier in potestate sua liberos non habet. instit. de adop. §. fœminæ.

Mulier nullam discretionem habet. ff. de iudi. l. cũ prætor. §. non autem. tamen ibi potius habetur contrarium.

Malitijs hominum obuiandum est. ff. de rei vend. l. in fundo alieno. §. penult.

Morte extinguitur crimen. l. 1. C. si re. vel accusa. mor. fu.

Minores. xxv. annis hæredes scripti non tenentur vindicare mortem testatoris. §. si testator ab aliquibus interfectus fuerit. l minoribus. C. de his qui vt indig. secus si maiores essent xxv. annis, quia tenerẽtur vindicare

dicare mortem testatoris, vt in eadem. l. maiorib. §. quòd si maioris. & si vnus illorum, qui interfecerunt testatorem, fuerit accusatus, & appellet: tunc maiores hæredes scripti tenentur defendere appellationem.

Maritus committit lenocinium duobus modis. Primò. quando vxorem suam vendit. C. de condi. ob turpem causam. l. mercalem. Secundo modo, quando maritus vxorem condemnatam de adulterio habet, vel sciens eam adulteram retinet. digest. ad l. Iul. de adulte. l. 2. §. 1. & l. mariti & C. eodem tit. l. 2.

Maior. 14. an. potest facere testamentum. digest. de testa. l. qua ætate. & instit. qui. ex cau. ma. non licet. §. cum ergo certus modus.

Mulier grauida excusatur si non veniat ad iudiciũ, licet non sit valetudine impedita. l. 2. §. si non propter. digest. si quis cau.

Meretrix non est infamis. No. gl. ff. si quis à pa. ma. l. Pantonius. quod intellige in infamia facti esse verũ: secus in infamia iuris: vt ibi not.

Mutus, surdus, furiosus, impubes non possunt esse iudices. digest. de iudi. l. cum prætor. §. non autem.

Mulieres non debent conueniri ob culpam maritorum. l. 2. C. ne vxor. pro ma.

Melius est nocentem dimittere, quàm innocentẽ punire. digest. de pœ. l. absentem.

Melius est pauca cautè agere, quàm multis interesse periculosè. in auth. de tabellio. circa medium. colla. 4.

Monachi licet dicantur oues, tamen quandoq; dicuntur lupi rapaces. Not. gl. in epistola inter claras, in illa parte nos reddentes. versi. omnes verò sacerdotes. super verbo, archimandrite. C. de sum. trin. & fi. de catho.

Meliùs est pignori incumbere, quàm in personam agere. instit. de fur. §. furti autem.

Mortem fugere vel euitare non licet iustè interficien-

ficiendis 24. q. 5. non est nostrum.

Melius est intacta iura seruare quàm post causam vulneratam remedium quærere. C. in quibus cau. in integ resti. l. fin. & C. quando liceat vni. sine iudi. se vin. l. 1.

Melius est delinquere in faciendo quàm in omittendo. l. Iulianus §. 1. digest. de ac. emp. & l. si sterilis. §. cum per veditorem. e. titu.

Mulier quæ damnauit, ipsa & saluauit in authen. vt liceat ma. & au. in glo. in verbo, leges. circa fi. constitutionis.

Malum est peccare, diabolicum perseuerare. Not. glo. C. quomodo & quando iudex sen. profer. de l. cõsentaneum. in ver. perseuerauerit.

Medium tenuere beati. in auth de consul. in prin colla. 4. & ff. de officio proconsul. l. solent. §. fin. & instit. de re di. § cùm ex aliena. & insti. ex quib. cau. ma non licet. §. pe.

Malum exemplum debet reprobari. l. obseruandũ ff. de iudi. & ff. ad sc. con. Ma. l. 1.

Multa impediunt contrahenda, quæ non dirimunt iam contracta. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. l. patre furioso. gloss. in ver. retinere.

Mala herba cito crescit. Nota glo. C. de his. qui ve. æta. impe. l. 2.

Manifesta probatione non indigent. l. si verò. §. 1. ff. qui satisda. cogun. & ff. de ac. emp. l. emptorem. in fin primi respon. & digest. de do. prælegl. 1. in fi. & C. de accus. l. ea quidem.

Mulier non potest esse testis in testamento. ff. qui testa. fa. pos. l. qui testamento. §. mulier.

Mos antiquus est seruandus. C. de testa. l. testamenta omnia.

Materfa dicitur, quæ est notæ authoritatis, & honestè viuit in domo sua. digest de li. exhib. l. 3. §. fi. & digest. de his, qui sunt sui vel al. iu. l. nam ciuium.

Minor. 14. annis non potest testari. l. qua ætate. digest. de

digest. de his. qui testa. fa. pos.

Melior conditio domini per seruos fieri potest, nõ deterior. digest. de re. iuris. l. melior.

Minus est habere actionem, quàm rem. digest. de re. iu. l. minus est.

Matrimonium est viri & mulieris coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens. instit. de pa. po. §. 1.

Mulier, quæ vult mortem filij persequi, prius debet probare se matrem. l. non ignorat. C. qui accusa. non pos.

Maior castitas requiritur in muliere quam in viro. C. ad senat. Orfi. l. si qua illustris & in authe. quo oportet epis. & cle. &c. § oportet. 2. coll. 1.

Mors omnia soluit, in authen. de nup. §. deinceps col. 4.

Miles non potest aliquem accusare, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. l. non prohibentur, C. qui accu. non poss.

Miles non potest esse procurator. l. militem. C. de procuratoribus.

Miles magis scire debet arma, quàm leges. l. scimus circa prin. C. de iur. deli.

Melius potest quis videre alienum errorem, quàm suum: vt patet in ludo de Schacis. nam melius videt, qui ibi assistit, quàm lusor. No. glo. l. error. in fi. glos. C. de iu. & fac. igno.

Mandatum contra bonos mores non est obligatorium instit. de manda. §. illud quoque.

Mandatum re integra sola reuocatione finiri potest instit. de mand. §. rectè quoque.

Mandatum debet esse gratuitum. insti. eo. §. fi. & l. 1. §. mandatum digest. eo.

Milites non possunt esse aduocati instit. de excep. §. penul. quia debent intendere vel vacare circa arma C. de iure deli. l. scimus circa prin.

Mulier transiens ad secunda vota, tria optima negligit,

gligit Deum defuncti memoriam, & filiorum charitatem in authen. de nup. §. nos autem miramur, coll. 4. aliàs est. §. si autem tutelam.

Minus tribuit, qui nihil tribuit. Not. institu. quod cum eo qui. §. introduxit, & ff. de tribu. l. illud. §. si cuius dolo. & arst. de verbor. sign. l. minus, & l. verbum amplius.

Non Minus peccat, qui illicita docet, quàm qui addiscit l. 2. C. de hære. & culpa, de male. & math.

Mandatum suscipere liberum est, susceptum autem consummandum est, insti. de man. §. penult.

Milites dicuntur defensores domini, l. ab hostibus, l. 2. C. de postli. reuer. & redemp. ab hosti.

Milites autem appellantur à malitia. id est, duritia, quam pro nobis sustinent. l. 1. digest. de testamen. mi. §. vlti.

Mala electio est in culpa. l. item videndum ff. de pe. hæ. & ff. de neg. gest. l. nam & Seruius. §. fi.

Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. l. j. §. metus. ff. quod me. cau.

Multa priuilegia dantur aduocatis. l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudiciorum.

Morte nil certius est, nil verò incertius est eius hora. l. j. ff. de conditionibus. & de.

NObis inuitis res nostras alius detinere non debet. ff. so. in. l. si filiusfa. §. maritum in fi.

Nemo videtur dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.

Nobilior præsumptio in iure est accipienda. l. merito. ff. pro socio. l. Quintus. ff. de do. inter vir. & vxor. & ff. de reg. iur. l. semper in dubijs. Contrà, ff. de lega. 2. l. vnum ex fami. §. fin.

Nemo Iudex potest esse testis in sua causa, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iud. & C. ne quis in sua causa iudicet, per totum.

Nemo potest esse testis in sua causa. l. nullus. ff. de testibus, & C. e. l. omnibus.

Nuptias

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. ff. de condi. & de. l. cui (aliàs cum) fuerit, & ff. de reg. iur. l. nuptias.

Nemo de domo sua extrahi debet. ff. de regu. iur. l. nemo de domo, nam domus tutissimum cuiq; refugium atque tabernaculum est. & receptaculum. ff. de in ius vo. plerique.

Nemo rem suam emere potest. siue sciat esse suam siue ignoret. l. suæ rei. ff. de contrahen. emp. sed si ignorans, emit, poterit repetere, quod soluit, quia nulla fuit obligatio.

Necessitas non habet legem. l. vnica. ff. de offi. consul. & ff. de excu. tu. l. non solùm. §. fin. & ff. de offic. proconsul. l. aliquando, cum multis alijs, & ca. quanto. de consuet. extra.

Necessitas officij aliquid excusat. l. quæsitum. ff. de in ius. vo. & de his. quæ vt indig. l. tutorem.

Nemo inuitus agere vel accusare cogitur. C. vt nemo inuitus, &c. in rubro & nigro.

Nemo ex alterius contractu obligatur. l. pe. in fin. C. ne vxor pro ma. vel econtra.

Nemo ex consilio obligatur. ff. mand. l. 2. in fine. & insti. eo. §. tua gratia interuenit.

Non nocet conatus vel cogitatus, nisi sequatur effectus l. j. in fin. ff. quod quisque iuris, & ff. de pœn. l. cogitationes pœnam. Contra. C. de furtis. l. si quis & C de episc. & cleri. l. si quis non dicam. So. ibi non fuit statum in finibus cogitationis, gloss. in l. cogitationis.

Non debet nocere alij, quod inter alios actum est. quia non debet. ff. de iure eiur.

Nec masculus nec fœmina per se sufficiens est ad propagationem liberorum faciendam. in authen. de trien. & se. §. & hæc omnia in fi. colla. 3. aliàs et si. §. neque illa.

Nemo in necessitatibus liberalis existit. ff. de adi. le. l. rem legatam. in fi.

Non

Non valet responsio, quæ lege non probatur. not. glos. in authen. de trien. & semis. §. consideremus. col. 3. super verbo. erubescimus.

Non potest videri desisse habere. qui nunquam habuit. l. non potest videri. digest. de reg. iur.

Non debet ei succurri. qui necessitatem sibi imponit. l. si fideiussor. §. pe. ff. qui satisda co. & l. de die. §. fi. eo tit. & digest. si quis cau. l. 2. §. si quis tamen. & C. de ac. & ob. l. sicut.

Negligentia vnius alteri non debet nocere. ff. de euic. l. rem hæreditariam. in fi. digest. de transact. l. 3. ff. ad Sillania. l. fi. ff. de nox. act. l. electio. in fi.

Non debet via aperiri maleficijs. ff. de Carbo. edi. l. 1. §. sed & si quis. digest. de liberali causa. l. ordinata. digest. de litigio. l. 1. §. si inter. digest. de transact. l. cùm hi. §. si cum his.

Nemo ius sibi dicere debet. C. ne quis in sua causa ius si. di. in ru. & in nigro. ff. de iudi. l. Iulianus. ff. de iurisdi. om. iudi. l. qui iurisdictioni præst. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. extat. digest. quod me. cau. in fine. & digest. de arbi. l. pe.

Non debet discooperiri vnum altare, vt alterum cooperiatur. cap. cùm causam. de præbend. in antiquis.

Nemo alieno odio debet prægrauari. C. de inoffi. test. l. si quis. §. legis. & C. de pœ. l. sancimus.

Non licet variare. l. si cui. degist. de serui. & digest. de aqua quo. & æsti. l. fi.

Non est nouum, vt lex quibusdam specialiter enumeratis generale verbum subijciat. l. si seruus seruum. digest. ad l. Aquil. §. inquit. in fi. & C. de sacrosan. eccl. l. generali.

Non videtur cepisse. qui per exceptionem remouetur à petitione. digest. de reg. iu. l. non videtur cepisse.

Nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe. C. de sum. trini. & fi. ca. epistola inter claras. in prin.

Nihil

Nihil est tam studiosum in omnibus rebus, quàm legum authoritas C. de ve. iur. enu. in prin.

Nomina debent esse consonantia rebus, inst. de do. ma. §. est & aliud.

Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, in authen. de forma fideli. circa medium col. 1. & idem not. glos. ff. de iust. & iur. l. iustitia. §. iuris præcepta super verbo, tribuere, & inst. eo. §. super verbo, sum.

Nemini facit iniuriam, qui suo iure vtitur. ff. de reiur. l. nullus, &c. cùm ecclesia de elect.

Non solent, quæ superabundant, vitiare scripturas. ff. de reg. iur. l. non solent.

Non potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat, ff. de reg. iur. l. non potest videri.

Non est indulgendum malicijs hominum. ff. de rei ven. l. in fundo alieno. §. pen.

Nemo præsumitur iactare suum. ff. de proba. l. cũ de indebito. §. 2.

Non licet accusato de pari vel minori crimine red. accusare. C. qui accu. non poss. l. neganda. pendente tamen prima actione: nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.

Non vult hæres esse, qui hæreditatem ad alium transferre voluit. ff. de reg. iur. l. non vult.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. ff. de reg. iur. l. non debet actori.

Nihil tam naturale est, quàm eo genere quandoq; dissoluere, quo legatum est, ff. de reg. iur, nihil tam naturale.

Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm habet. ff. de reg. iur. l. nemo plus.

Non videtur consentire, qui erat. ff. de re. iur. l. nõ videtur, aliàs l. nihil consensui.

Nemo alieno nomine agere potest. ff. de reg. iur. le. nemo alieno.

Nemo potest dolo carere, qui imperio magistratus

non obtemperat. Digest. de reg. iur. l. nemo potest, alias, non potest dolo.

Nihil dolo facit, qui suum recipit. Digest. de reg. iur. leg. nihil dolo.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, ff. eo. l. nemo.

Negans non tenetur probare l. 3. ff. de proba.

Non omne quod licet, honestum est ff. de re. iu. l. non omne.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. Digest eo. l. non debet.

Non negligenti agere, non currit præscriptio. C. de inoffi. testa. l. contra maiores.

Nemo inuitus cogitur snscipere procuratorium. le. inuitus. C. de procur.

Non euadit quis pœnam delicti, licet mandato alterius fecerit. C. de accu. l. non ideò.

Nemo potest habere duas vxores. le. cum qui. C. ad l. Iul. de adul.

Non est licitum fideiussori emere rẽ debitoris, pro quo fideiussit. l. fideiussor. Digest. de distrac. pig.

Nihil actum credimus, dum aliquid supereſt agendum. l. cum Syllanianum. in fi. C. de his qui. vt indig.

Nemo compellitur ire ad iudicium die feriato. ff. si quis in ius voca. non ierit. le. 2. in fine. & C. de ferijs. l. omnes.

Nemo debet interrogare de conscientia aliena. C. de acc. l. fin.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. C. de proba. l. neque natales, & C. vnde cogna. l. pe.

Nulli credi debet se habere mandatũ principis, nisi ostenderit literas principis. l. vnica. C. de mandatis principum.

Nemo debet mutare consilium in alterius iniuriã. Digest. de reg. iu. l. nemo potest mutare.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit. Digest. de reg. iuris. l. non videtur.

Nemini

Nemini debet abstrahi ius suum. institu. de his qui sunt sui &c. §. fi.

Negligentia cum negligentia compensatur. ff. de compen. le. si ambo in prin. & pœna cum pœna. ff. de reg. iu. l. cum par. §. fin.

Nemo ex suo dolo debet lucrari. l. non debet. in fi. Digest. de dolo malo.

Nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur: vt C. de satisdan. l. vnica.

Non est bonum discooperire vnũ altare, ad cooperiendum aliud. l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. c. cũ causam. extra de præben. Item priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio: vt ibidem.

Nemo debet esse negligẽs in suo officio. ff. de execu. tu. l. si duas §. nemine. & ff. de admi. tu. le. cũ plures. §. nimium. & ff. de offi. præsi. l. diuus Marcus in fine.

Negligentia omnia lædit. in auth. de quæstio. §. hęc omnia. versic. sed & pigritiæ. colla. 6. in fine. C. de anna exceptione. l. penult.

Non debent melioris conditionis esse malè agẽtes, quàm benè. ff. de noxa. ac. l. non solùm pro hoc glo. ad prin. l. 1. C de credi. cuic. pig. non debe.

Nefas videtur esse nulla præfatione iudici rem exponere. ff. de ori. iuris. l. 1.

Nefandũ est, aduocatos sine aliqua præfatione loqui. l. prædicta.

Non videtur res reddita, quæ deterior facta redditur. l. 3. §. 1. Digest commodati.

Non est standum omnino præsumptioni no. glo. in l. res hæreditarias. ff. de cri. expi. he. & C. res inter alios actis l. 1.

Noua pacent. no. in procemio. ff. §. in secundo autem anno, super verbo quia noua.

Nihil est quod nequeat actioni subijci, quàm vera religio. C. de summa trini. & fide ca. epistola inter claras. circa princ.

Nihil debet esse superfluum in legibus. ar. l. si quando. ff. de l. 2.

Nemo debet esse nimis incredulus.l.fi.in prin.C.de accu.& l.1.§.1.ff.de eo.per quem factum est, quò minus.& l.3.§.sed si sic accepit.ff.de in rem ver.

Nolite inebriari vino,le. omne delictum.§.per vinum Digest.de re militari.

Nolite iudicare & non iudicabimini.& illud. Quæ mensura mensi fueritis,remetietur vobis, no.gloss l. rem non nouã.C. de iud.super verbo iudicabuntur.

Nihil tam naturale,quàm vnumquodque dissolui eo genere,quo ligatum est,Digest. de reg. iur. l. nihil, & Digest.quando li.ab empt.disce.l.1.

Nota,reddenda singula singulis,inst.de duo.reis.§. penult.

Non imputatur cuiquam si non facit, quod & si facere vellet,non posset.no.gloss.l. cùm quidam.§.si pupillo,ff.de vsuris. & l. pecuniæ,in fin.eod.tit.& C. de anna.ex leg.1.in fine,& Digest. ad legem Iul.de adult.si maritus in prin,

Nomina & verba transposita idem significant.le. præposteri.C.de testa.& l.cùm pater,ff.fidei tuæ committo.Digest de leg.2.

Nil refert,quid ex æquipollentibus fiat.C. de inst. & substit.l.si mater.& l.fi.ff. mandati.

Non minor est virtus, quàm quærere,parta tuerj. not.glo.C.de no.co. comp. super verbo posita.

Non faciunt molles ad fera bella manus. Not.glo. C.de except.l.3.in fi.glo.in verbo facit.

Nil magis bonæ fidei congruit, quàm id præstari, quod inter contrahentes actum est, ff. de ac.emp. le. ex empto.

Noxa caput sequitur, inst.de noxa.§.omnes autẽ.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtiter,le. quod & lex.§.1.Digest. de libe.ho.exhi.leg.fluminum. §.1.de dam.infec.

Non videtur vim facere, qui suo iure vtitur.l. non videtur.ff.de reg.iur.

Nil dolosus doloso tenetur. ff. de dolo.l.si duo.secus

cus tamen si tibi feci damnum in vna re, tu mihi in alia quia ambo agimus Digest. de noxa l.quædam.§.1. & ar.ff.de vi & vi ar.l.colonus.

Nimia sæuitia culpæ assignatur, le. præceptoris.ff. ad le.Aquiliam.

Nuda tardatio nunquam transfert dominium.ff. de ac.re.do.l. nunquam, hoc verum, nisi iusta causa præcedat.

Nemo viuit vento,vt lupus C.de ali.pupil.præstan. l.final.in fi.pro hoc glo.l.sed si lege.§.quòd autẽ quis, Digest.de pet.hære.super verbo erogasset.

Nemo sine actione experiatur. l. quoties. §.item si temporali.ff.de administra.tutor.

Natura cohæret sola superficies, l. obligationum ferè,§.placet, Digest.de ac.& ob.

Nemo potest duobus dominis seruire: vt in tit.de eo,qui arma bellica deposuit, c.1.& de feudo fœminę c.1 colla.x.vbi dicitur,Qui factus est miles Dei,desinit esse miles sæculi.Item scriptum est, Nemo Deo militans,implicat se negocijs sæcularib. 21.q.3.c.mollitijs, &c.placuit & C. de episc.& cler.l.naturaliter.

Nam sequitur leuiter filia matris iter.
Et sequitur leuiùs patris iter filius.

Istud not.l.quod si nolit.§. qui mancipia. ff. de ædil. edict.

OMne rarum carum,in auth.de consuli.§. 1.coll. 4.in gl.in ver.miraculũ, & ff.de legi l.nã ad ea.

Os quod mentur,occidit animam, not. glo. in authen de testi.in prin.in verbo,ordo.

Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit,no.gloss.l.sed & si lege.§.consuluit. Digest.de pet.hære.

Omne promissum de iure debitum est, C. de suffragi.l.vnica.3.respon.& insti. de verb.oblig.in prin.iuncta l.1.ff.de pac.iuxta l.non minorem.C de transact.vbi dicitur:Quid enim magis fidei humanæ congruit, quàm ea,quæ placuerant,custodiri? q.d.nihil.

Omne quod est nimium, vertitur in vitium. no. gl. in authen. vt deter sit nu. clc. circa prin. colla. 1. cum suis alleg.

Omne artificium per exercitium recipit incrementum, l. legatis seruis §. ornatricibus. ff. de lega. 3. C. de re militari. l. milites 2. l. xij.

Omnes videntur facere, quod facit maior pars. ff. ad municip. l. quod maior. ff. de re iu. l. aliud est videre. Digest. de pac. l. maiorem. C. de decurionibus l. nominationum l. x.

Omnia non possunt simul memoria retineri le 2. §. si quid autem. C. de veteri iur enucl.

Omnia noua pulchritudine sunt decorata, in proœmio. ff. §. in secundo autem anno.

Omnes scire decent, quod non est suum, hoc ad alios pertinere, l. fina. C. vnde vi.

Omnia sunt permissa. quæ per legem prohibita nõ inueniuntur l. nec non §. quod eis ff. ex qui. cau. ma ff. de proba. l. ab ea & ff. de testi. l. 1. §. 1. & ff. de procura. l. mutus. § conqueritur C. de religio. l. statuas.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parũ enim est, vt non subuerti possit. l. omnis definitio ff. de regulis iuris.

Omnis sapientia à Domino Deo est: & omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum no. glo. l. 2. ff. de legib.

Omnis definitio est oratio, substantiam cuiusque rei significans, secundum Boetium, no. gloss. l. omnis definitio ff. de reg. iur.

Obsides sunt qui dati sunt Romanis ab hostib. pro captiuis redimendis vel pro pace componenda, not. glo. l. obsides, Digest. qui test fa. pos.

Obsides testari non possunt, l. obsides supr. alleg. nisi eis permittatur.

Odia sunt restringenda: fauores ampliandi, l. cùm quidam ff. de liberis & post.

Omnia morte soluuntur. C. si reus vel accu. mor. fu. leg.

fu. leg 2. 3. & 4. nisi in sex casibus exceptis, vt læsæ maiestatis, &c.

Obligatio est materactionis. inst. de actio. in princ. & ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio.

Omnes fructus iure soli, non iure seminis percipiũtur. l. qui sit fundum. ff. de vsuris.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere ruunt.

No. glo. le. si debitori super verbo, damnũ est. Digest. de iudicijs.

Omnia principis intelliguntur. C. de quadri præs. l. fina. in princ, pro hoc facit glo. l. 1. super verbo. procurator meus. C. credi. euic. pig. non debere.

Ordo scripturæ non attenditur. l. eò quòd à multis C. si certum petatur.

Omnia sunt mobilia. in auth. de non alie. aut permu. re. eccle. §. vbi autem colla. 2.

Occasio malignandi est auferenda. l. 2. in fin. C. de indict. vid. toll. & inst. vi bo. rapt. §, sed ne dum.

PAter & filius eadem persona reputãtur. C. de impub. & al. subst. l. fi. in fin.

Patris & filij testamentum pro vno habetur. ff. de vulg. & pu. substi. l. 1. §. quæ sententia.

Pater filium suum in casu necessitatis potest vendere. le. 1. C. de pat. qui fi. su. di.

Principium spectandum est. l. 1. ff. de ori. iu. Nam dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Precium loco rei succedit. l. si & rem. ff. de pet. hę. sed speciale. in pet. hæred.

Pacta quæ contra leges fiunt, nullã vim habere possunt. l. pacta C. de pac. & l. non dubium. C. de legi.

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat. ff. de reg. iu. l. neque pignus in fin.

Per exteriora iudicantur interiora instit. de reg. diui. §. pauonum & ff. de ædil. edic. l. si tamen. §. 2.

Paria delicta mutua compensatione tollũtur. ff. ne quis cũ, qui in ius vo. est, vi exi. l. 2. & ff. sol. ma. l. viro,

Precia rerum secundum veritatem non ex affectione singulorum vel vtilitate sunt æstimanda. ff. ad le. fal. l. precia. & l. præcedenti. & Dige. ad l. Aquil. l. si seruum meum.

Paupertas prodest. le. si quis ad declinandum. §. sin autem. C. de epis. & clericis. ff. de offi præsi. l. illicitas. §. final. Aliquando non excusat nec prodest ff. de ritu nup. l. palam. §. non est.

Partus sequitur ventrem. l. partum. C. de rei ven. p.

Peius est malè credere, quàm nullo modo credere. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de action. empt. in gloss.

Pœnæ sunt mollendæ, & non asperandæ. l. interpretatione. ff. de pœnis.

Pœna est mensura delicti. le. sanctio ff. de pœ.

Precium loco rei succedit ff. quæ in fraudem, crege. sunt. l. quia debitorem in fin. & ibidem not. glo. sic & ff. de rei vend. l. Iulianus. in prin.

Punitur affectus licet non sequatur effectus. l. & generaliter in princip. ff. de calum. & l. si quis persuaserit. C. de fur. & ff. de condi. ob turpem causam, le. si à seruo.

Publicæ rei interest dotes mulieribus conseruari, cùm maximè sit necessarium dotatas esse fœminas, ad sobolem procreandam, l. 1. ff. sol. mat.

Præteritio fœminarum, pro exhæredatione habetur, l. filiam præteritam. C de inoffi. test. & ibid. no. gl.

Prætextu periurij non retractatur causa. l. 1. C. de rebus creditis.

Parparem cogere non potest. l. 3. ff. de arbitris, C. de appel. l. præcipimus. §. pen. & C. de legi. l. digna.

Plus semper debet valere pignus, quàm debitum: vnde dicitur quod residuum debet reddere creditor debitori, qui plus pignora vendidit. C. de iure do. imp. l. fi. §. sin autem.

Patientia pro consensu valet. ff. de exerci. l. 1. §. magnum, & ff. nau. cau. sta. l. 1. §. pecul.

Prima

Prima voluntas ad se trahit vltimam. ff. de leg. 2. l. si mihi §. fina.

Plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. C. plus va. quod agitur. per to. l. si donationis causa C. de contrahen. empt.

Per ingratitudinem filius redigitur in potestatem C. de ingra. lib. 1.

Præsens stipulatio non trahitur ad futurum. no gl. ff. de dam. infect. l. damni. §. si is, qui vicinas ædes.

Pactum à iure communi remotum, non est seruandum, l. iuris gentium. §. fin. in fi. ff. de pac. & iuramentum factum in ciuili pacto à iure communi remoto, non est seruandum, vt in ea l. & eo. §. sup alle.

Parcitur vitio naturali. ff. de dam. infect l. fluminũ §. vitium in glo.

Pactum siue pactio est duorum pluriúmue in idem consensus & placitum, ff. de pac. l. 1. §. & est pactio.

Plus vilis persona, quàm nobilis ex æquali delicto punitur, l. si criminis, & l. seruos. C. ad l. Iul. de vi pu. & ff. de incen. ru. l. Pedius. §. fi.

Plus punitur sæpius delinquens: vt l. seruos. C. ad l. Iul. de vi pu. & C. de epi aud. l. 3. in fine.

Pactum personale non transit ad hæredem, l. si tibi x. §. si quis paciscatur. ff. de pac. Et idcò si fecerim pactum creditori meo, ne à me petat, sed ab hærede, hæredi nõ proderit exceptio, quia est pactum personale: vt, Digest. de pac. l. iur. gent. §. pactorum.

Periculum vbi maius, ibi cautiùs est agendum, ff. ad Carbo. l. 1. §. sed & si quis, & de elec. lib. 6. c. vbi periculum.

Prædia mihi obligata locare possum, l. creditor, ff. de pigno. secus in re mobili. inst. de oblig. quæ ex delict. §. furtum.

Pactum factum super futura hæreditate non valet, nisi consenserit testator. l. fi. C. de pec.

Pacta quæ ex interuallo sunt apposita in aliquo

contractu non ineſſe videntur ipſi contractui, ff.de pac.l.iuriſgentium.§. ſi ex interuallo imò antequam videantur ineſſe contractui, oportet quòd ſint in ingreſſu facta.in ea.l.§.item Marcellus,in fine.

Præcedente vno malo ſequuntur alia.ff.de rei ven. l.ex diuerſa.§.in authen. vt iudi. ſine quo,ſuf.§.conſideravimus,col.2.in glo.ſuper verbo illicito.

Prætor ait,pacta ſeruabo,l.iuriſgentium, §. prætor ait.ff.de pac.

Potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de ali. mu.iudi.cau.fac.l.3. & ff. de arbi.l. nam magiſtratus, & D geſt.de aqua plu.ar.l.1.§.ſed ſi vicinus, &c.

Parum eſt iusin ciuitate eſſe,niſi eſſent qui iura tuerentur,l.3.§.poſt originem,ff.de orig.iur.

Pacta ſunt ſeruanda,ff.de act.emp.l.exempto.

Patria poteſtas eſt res inæſtimabilis.l. filius. §.ſed ſi liberos.ff. de lega.1.

Pater & filia non poſſunt coniungi per matrimonium,inſt.de nupt.§.ergo non omnes,nec mater cum filio,vt in eo.§.

Per epiſtolam nullus ſit hæres, vel cohæres.l.epiſt. ff.de pac.& C.de prob.l.non epiſtolis.

Pacta quæ dolo malo facta ſunt, non ſunt ſeruanda.ff.de pac.l.iuris gentiam.§.dolo malo.

Puberes dicuntur illi, qui ſunt maiores 14.annis,& ita accipiuntur.inſt.de nup.§.1.

Pacta quæ turpem cauſam continent,non ſunt ſeruanda.l.ſi vnus.§.pacta.ff.de pact.

Per negationem res efficitur dubia. C.qui ad liber. procla.non li.l 2.cum alle per glo.

Poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio,l 1.in prin.ff. de acquiren.poſſ.

Prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur.l.fi.C.de commo.

Procurator dicitur, qui mandato domini negocia adminiſtrat aliena,l.1. Digeſt.de procur.

Plus

Plus diuiti quã pauperi creditur,inſti. de ſuſpec.tu. §.fin.in fine & ff.de excu.tu.l ſpadonem.§. fin. & in auth.de teſti.§.ſancimus autem & præcipuè col.6.

Prout quis delinquit,ita debet puniri,qui plus delinquit plus punitur,& qui grauius delinquit,grauius debet puniri,inſti.de pub.iud.§.ità lex Iulia de vi pub.

Pactum contra mores non eſt ſeruandum C.de pa. l.finali.§.ſed nobis,& l 1.§.illud non probandum.ff. depo.Contra,ff.de pac.l ſi vnus.

Pacta ex bona fide facta, & à iure probata debent ſeruari,l.1.§.quæ depoſitis in fin.ff.depo.

Precarium eſt,quod precibus petenti vtendum cõceditur tandiu quandiu is qui conceſſit patitur,l 1.in l.1.in prin Digeſt.de preca.

Precarium à commodato differt,nam cõmodatum datur ad certum vſum, vt patet per leges illius tituli, ff.commoda,& etiam differt in alijs cauſis enumeratis in gloſſ.l.1.ff.de preca.& ibi vide.

Pupillus per acceptillationem liberari poteſt ſine tutoris authoritate.l pupillum, Digeſt.eo.

Poſthumus propriè dicitur,qui naſcitur poſt mortẽ patris,ff.de iniuſto rup. & irrit.teſt.l.3.§.poſthumos.

Prætor reddere ius dicitur etiam cùm iniquè decernit,l.ius pluribus,ff.de iuſt.& iur.

Parcitur ſponte confitenti l.3. in fin.ff. de ali. mu. iudi.cau fac. C.de his qui ſe def.l.1.lib.x.& in authen. vt liti iur.§.ſi quos autem colla.9.& ff.de mino.l.ſi ex cauſa §.2.& C.de plus peti.l 1.ff.de iure iurando.l.eum qui & C.de non numera pec.authen.Contra,qui propriam,C.ad legem Iuliam ma.§.fin.l.pen.& Digeſt.de pet.hære.l.ſed & ſi lege.§.penult.

Pœna eſt omnium delictorum coercitio l.aliud fraus eſt.§.1.ff.de verbo. ſignific.

Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio no. glo ſuper rubric. C.de probatio.

Probationes debent eſſe luci clariores.C.de proba. l.final.

Plus

Plus facit grauitas & benigni mores quàm facultates ff. de tut. & cur. datis ab his, l. scire oportet, § pen.

Plus negat negotio, quàm ponit affirmatio. C. de dona. l. filiusfam. §. 1.

Proniora sunt iura ad absoluendum, quàm ad obligandum ff. de action. & oblig. l. Arrianus, Digest. de reg iur. l. fauorabiliores.

Patientia habetur pro præcepto Digest. de his qui not. in fa. l. liberorum in fine.

Patientia habetur pro consensu, l. si fideiussor. in fin. C. mandati. & Digest. eo. tit. l. qui patitur.

Proximus est quem nemo antecedit: supremus, quem nemo sequitur. l. proximus, ff. de verb. significa.

Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere ff. de verb. sign. l. princeps.

Parcitur verecundiæ alicuius, Digest. de dona. l. si patronus. in princip. & ff. de fur. l. penul.

Parcitur ignoranti, & non scienti, Digest. mandati. l. fideiussor. & C. de euic. l. si fundum.

Parcitur alicui errorem suum corrigenti, instit. de act. §. si quis aliud.

Per sententiam non transfertur dominium, arg. inst de except. §. in his quoque. Contrà, inst. de offi. iudi. § quod autē. vbi ex sententia transfertur dominiū.

Pœna vnius, est multorum metus, instit. de excep. §. hodie autem in fi. & C. ad l. Iul. rep. l. 1. in prin.

Per sententiam non tollitur obligatio, instutut. de exceptio. §. item si in iudicio.

Pro egentibus debet condi seu corrigi lex, seu constitutio in authent. de non eligen. secundo nuben. in princip. colla. 1. & l. assiduus. C. qui po. in pign. ha.

Precium debet esse in pecunia numerata, instit. de empt. & ven. §. item precium.

Pater transiens ad secunda vota, offendit filios primi matrimonij, in authen. de nup. §. venient autem. coll. 4.

Princeps quamuis legibus sit solutus, attamen secundum

eundum leges viuere vult. l. digna vox. C. de legi. & ff. eo. l. princeps.

Per inclinationem capitis non valet stipulatio nec per eleuationem digiti. l. 1. §. si quis ita ff. de verbor. oblig.

Pignus à curatore furiosi datum valet, si vtilitate furiosi exigente id fecerit. l. pignus. C. de cu. furio.

Peruersa consuetudo non est seruanda, in authen. de test. imp. §. 1.

Pœna illius qui trahit alium ad non suum iudicē, est, quòd actor cadit à sua causa. Pœna autem rei qui permisit se conueniri coram nō suo iudice, est, quòd si feratur contra eum, sententia valet in odium sui. C. de iurisd. om. iud. l. in criminali.

Parentes & liberos in infinitū dici. ff. de in ius voc. l. quiq; §. parentes, & l. sed si §. liberos autem. & de lib. & post. l. cùm quidam, propriè autem aliter in titu. de grad. l. iurisconsultus, §. præterea.

Par in parem non habet imperium, nec minor in maiorem. ff. ad Trebellia. l. ille à quod. §. tempestiuum & ff. de arbi. l. nam magistratus.

Polypus est piscis, polypus fœdatio nasi.
not. glo. l. qui clauum ff. de ædil. edic.

Portatur leuiter, quod portat quisq; libenter. no. glo. ff. de excu. tu. l. tria onera.

Pendo do pœnas, dum pendeo suffero pœnas.
no. glo. in authen. ad hæc si administrator, in fi. glo. C. de iud.

Particularis solutio non minima incommoda habet. l. planè, ff. fam il. herciscun.

Philosophi possunt allegari in causis, & etiam auctores, instit. de empt. & vend. §. item precium cùm ibi no. in glo. ff. de solut. si pater, & ff. de iudi. l. proponebatur. ff. de sta. hom. l. septimo, sed certæ opiniones eorum multoties reprobantur, vt ibidem, & ff de re. di. l. in tantum. §. fi. & l. sed diui. & l. 4.

Posthumus non est in potestate patris. l. fi. ff. de dol. bo.

plus

Plus est hominem veneno occidere, quàm gladio. l.1.C. de male.& mathe.

Pœna corporalis maior est quacunque pecuniaria. ff. de pœn.l.in seruorum in fin.

Præses prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus.l congruit. Digest.de offi.præsi.

Plus valet vnius prohibitio,quàm plurium concessio. l.per fundum.ff.de seruit.

Paruulus est puer minor. 14. annis masculus, vel 12.fœmina.ita exponit glo.l.fin. in princip. C. de infantib. expo.

Periurus puniendus est, l. penul. in fin. C.de interdict.vidui.

Pluralis locutio habet resolui in duas singulares. l. falsa.in fi ff.de condi.& demon.

Per receptionem pignorum non renunciatur debito, de iure scripto l.si pro mutua .C.si cer.pe.l.1.C.de pign. & l.aduersus. C.de ac.& ob.

Pro furto nemo debet mori,nec aliquod membrũ abscindi.in authen.vt nulli iudi.li. habere loci scr.nisi &c colla.ix.§.pro furto.

Papa non potest dispensare contra votũ castitatis, quia nullum inuenitur æquè bonum cum quo posset fieri commutatio: quia nihil est melius continentia: quia virginitas replet paradisum.vt xxxij.quæst.1. ca. nuptiæ & 1.quæst.3. cap. integritas & castitas sola est, quæ cum fiducia potest animas Deo præsentare; vt in auth.de leno.ff sancimus.colla 3.

Promptum est leges legibus concordare. l. vnica C. de inoffi.dotib.& no.in §.fin.in authen.de exhi.& intro.re.col.5.

Probationes non sunt angustandę.l.quoniam in fi. C de hære.& Manichæ.

Præsumitur quis ignorare,nisi probetur scire.ff.de prob.l. verius.cum ibi no. Sed ar. contrà eo. tit.l.cùm de indebito.in fi. primi respon.& ibi no.& in c.ad audientiam nostram glo.fi.extra de rescrip.

QVi malè agit,odit lucẽ.ff.de ven.inspi.l.1.§. tria lumina.in glo.No.etiam glo.C.de donat. l.donatio super verbo.occultè & C.de contrahend. empt.l cum ipse,& Ioannis 3. cap.

Qui semel malus,semper præsumitur malus l.si cui. §.ijsdem.ff.de accu.& l.3 ff.de suspec.tut.& curat.§. si curator.

Qui semel bonus,semper præsumitur bonus. ff. de re.mili.l.non omnes.§.à Barbaris.

Qui semel pauper.semper præsumitur pauper.l.nõ est.ff.de probat.

Qui semel est diues,semper præsumitur diues.ff.de probat.lege ex persona.

Qui semel dominus,semper præsumitur dominus. l.siue possidetis.C.de probat.

Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.l.si per alium.ff.nequis eum qui in ius vo. est, vi exi. & l. si quis id.§.pen.ff.de iurisd.omn.iudi.& l.1.ff.de eo per quem fac.erit.& l.liber homo.ff.ad leg Aquil.& l.1.§. deiecisse.ff.de vi & vi ar. & l.eos.in fin.C. de vsuris.& insti.de re.diuis §. nihil.

Qui certus est,certiorari non debet.l.1.in fi.ff.de ac. empt.& ven.

Qui tacet,consentire videtur.l.in adoptionibus.C. de adopti. ff.sol.ma.l.2.§.voluntatem.in authen.qui. mo.na.effi.sui.§. generaliter & in cap.qui tacet.de regu.iur.lib. 6. Contrà. ff.de procu.l.filius.§.inuitus. & ff.de fur.l.qui vas.§.vetare.& ff. manda.l. qui paritur.

Qui occasionem damni dat,damnum dedisse videtur.ff.ad l.Aquil.l.qui occidit §.pe.

Qui prior est tempore, potior est iure.C.qui po. in pign.hab.l.si fundum.& l.si generaliter.l.cùm Remp. & l.licet & l.diuersis temporibus.

Qui se ingerit,pro suspecti habetur.l quæ omnia. ff.de procu.§.sed si.

Qui de vno negat,de alio concedere videtur.l.cùm prætor.Digest.de iudicijs.

Qui accusare volunt, probationes habere debent. l. qui accusare, C. de eden.

Qui parum studet, parum proficit, not. gloss. C. de præposi. sacri cub. l. vnicuiq; lib. 12.

Qui vadit planè, vadit sanè, inst. de iustit. & iure. §. his.

Qui prior appellat, prior agat. l. qui prior. digest. de iudi.

Quando duo sunt contraria, ad positionem vnius sequitur destructio alterius. ff. de procu. l. Pomponius §. sed & is.

Qui sibijpsi non parcit, alijs parcere non præsumitur. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. digest. de remili.

Quando duo sunt necessaria, vnum interuenire nõ sufficit. digest. de diuor. l. pen. in glo.

Quod primum est aliud ante se habere non potest in proœmio Digest. §. in reliquam verò.

Quod legitimè factum est, pœnam non meretur. C. ad l. Iul. de adult. l Gracchus. Item quod per me possum, per alium possum.

Quod ab initio non valet tractu temporis non potest conualescere. ff. de reg. iur. l. quod ab initio, & ff. de pac. l. si tibi decem. §. si pactus.

Quæ bis in mense purgatur, sana non est, l. quæ bis. ff. de ædil. edic.

Qui iniustè litem mouet, ad expensas tenetur. l. omnes, in fin. C. de epis. & cler. & C. de iud. l. properandum, §. si verò.

Qui patitur fieri, quod potest prohibere, ipse facere videtur, ff. de noxa. l. 2. & ff. de his qui no. infa. l. liberorum C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. œconomus & ff. de iure patro. l. adigere in princ.

Qui eligit vnum ex contrarijs. alij renunciare videtur. ff. de inoffic. testa. l. nihil interest, in gloss. summo. uebitur. 2.

Qui postulat testes, eis debet dare sumptus competentes, C. de testibus, l. quoniam.

Quando plus fit, quàm fieri debet, videtur etiam ipsum fieri, quod faciendum est. ff. si qua pau. fe. di. l. si is. cui via actus. & ff. de re iudi. l. si se non obtulit. ff. de sta. hom. l. non sunt liberi.

Quicquid filius fam. acquirit, patri acquirit. cùm tamen sit in potestate patris, insti. per quas perso. nobis acqui. in prin. & ff. de acqui. poss. l. qui seruo.

Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, no. gloss. in stitu. de iust. & iur. §. iuris præcepta, super verbo, alterum non lædere, & Digest. eo. l. iustitia. §. 1. super eo. verbo in decretis in princip. Digest. quod quisque iu. in princ.

Quod per me non stat, mihi non debet imputari. l. si ideò C. de his qui. vt indig.

Quòd per me stat, mihi imputari debet. ff. de contrahen. empt. l. hæc venditio. §. 1.

Qui in vno grauatur, in alio reuelari debet. l. cũ qui. ff. de iureiur, & C. de non nu. pec. authen. contra qui propriam.

Quod non valet vt ago, non valet vt valere potest l. 1. §. eum qui. ff. de consti. peco. & C. de Latina libertate tol. l. 1.

Quod principi placuit, ligis habet vigorem, institu. de iure natur. §. sed & quod Principi.

Quod meum est, amplius meum fieri non potest, inst. de leg. §. si rem.

Qui negat, non tenetur probare, l. ff. de probat. & l. actor. C. eodem.

Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus:
Tu quoque fac simul, sic ars deluditur arte.

Not. gloss. in authen. de exhi. & intro. re. §. illud quoq; coll. v. super verbo arte.

Qui binos lepores vna sectabitur hora, vno quandoque, quandoque carebit vtroque. Not. glo. l. nemo. 5. C. de assess. super verbo, in vtrumq; festinat.

Quilibet potest suo iuri renunciare, l. penult. C. de

pact.& l.pactum, Digest eod.

Quæ malo sunt inchoata principio vix bono perueniunt exitu in authen. vt iudi.sine quoquo suffragia §.cogitatum colla.2.

Qui soluit propter suum malum, alij non prodest, Digest.ne quis eum.qui in ius voc est, vi exi.l.is qui.& l.locum §.pen.ff.de tab.exhi.& ff. de inter.ac l qui seruum, in prin.& ff.quod vi aut clàm,l.semper,§.si in sepulchro.

Qui semel actioni renunciauit, amplius repetere non potest,l.qui actionem C.qui accu.non poss.& ff. ad Turpilia.l.qui desiterit & Digest.ad l.Iul.de adulter.l si maritus,§.si negauerint,& ff.de accus.& insrip. l. hi tamen in fin.

Qui terminos effodiunt, pœna extraordinaria puniendi sunt C.de accu.l.1.

Qui accusare possunt intelligimus,si scierimus.qui non possunt. Itaq; prohibentur accusare alij propter ætatem,vt pupillus. Alij propter sexum,vt mulier,l. qui accusare. ff.de accusa.

Qui à latronibus capiuntur, cùm liberi maneant, possunt facere testamentum,l. qui à latronibus §.1.ff. de testam.

Qui apud extraneos legatione funguntur,possunt testari ff. de testa.l.qui apud extraneos.

Qui in certus est de statu suo certam legẽ in testamẽto dicere non potest,l. qui in testamento ff.qui testamen fac.poss.

Qui in testamento hæres instituitur,in eodem testamento testis esse potest l.qui in testamẽto Digest.qui testamentum facere poss.

Quando agitur contra testamentum de inofficioso,indubio fertur sententia pro testamento ff.de inoffi testa.l.si pars similiter etiam in dote fertur sentẽtia in dubio,ff.de reg.iur.l in dubijs, similiter in liberali causa,ff.de iudica.l.inter partes.

Quando datur cautio, intelligitur simplex promissio

missio,quando datur sufficiens cautio,intelligitur cũ iuramento & fideiussoribus.C.de verb. signifi.l.sancimus & ff.de manda.l.si mandato.in fin.

Quod in alterius persona seruat quis, in sua seruare tenetur. ff. quod quisq; iuris,l.1.in prin.& ff.de cõdictio.inde l. frater à fratre.

Quod semel est verum semper præsumitur verum not.glo.ff.de dam.infec.l. qui bona fide.§.si quis stipulaturus iuncta glo.super verb. iurandum. & C. de probatio.l.siue possidentis.

Qui occidit latronem, non vtique tenetur,si aliter periculum effugere non potest.insti. ad l. Aquil.§. iniuria.

Qui occidit aliquo casu latronem,non tenetur,dũ tamen nulla eius culpa inuenitur: vt in eo.§. præalle.

quod omnes tangit,ab omnib.approbari debet.l.fi. C.de autho.præstan.& ff.de eden.l.si.quis ex argentarijs & ff.de pact.l.& suum hæredem.§.hodie.

quamuis aliquid de se non sit malum, si tamen sit res mali exempli,fieri non debet.ff.de pœn.l.si quis.§. qui abortionis aut amatorium. l. obseruandum est.ff. de iudi.& l.exemplo. C.de proba.

qui scire debet,præsumitur esse sciens,licet sit ignorans.l.sed & si pupillus.§. proscribere. ff.de inst.ac.

quædam possunt fieri tacitè,quæ non possunt fieri expressè ff.de re.iur.l.actus & l. expressa.

qui casum dicit,casum probare tenetur. C.de testa, l. consulta diualia.

qui parũ diligentem sociũ sibi acquirit,de se queri debet.l.socius socio,in fin.ff.pro socio, & inst. eo.§.si.

quod approbo,non reprobo l.Pomponius. Digest. de neg.gest.

quæ in continenti fiunt, inesse videntur. ff si certet.l.lecta.§.dicebam,& C. de pac.l.petens.

qui tardiùs soluit quàm soluere debeat,minus soluere videtur,inst.de actio.§. tempore.ff.de verb.sign. l.minus,& l.si cui.

Quod in vno prohibetur, in alio conceditur, ff. de fide instru. l. ex eo, quod prohibet.

Quod inter alios actum est, alij nocere non debet, ff. de iureiur. l. nam postea in fi.

Quod benè gestum est, non debet ex alio euentu resuscitari, l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præto.

Quilibet transfuga est proditor, sed non econtrà. not. glo ff. de re mi. l. proditores, & pro hoc, ff. de ca. & postli. reuer. l. postliminium, §. transfugæ.

Qui malo consilio, & proditoris animo patriam relinquit, hostium numero habendus est l. postliminiū, §. transfugæ ff. de cap. & postli. reuer.

Quod quis in alterius persona seruat, in sua persona seruare tenetur. ff. de pact. l. cùm in eo esset, & l. 1. eo. titu.

Quantò quilibet præest milioribus, tantò maior ipse & honestior, in authen. de defen. ci. §. si verò, quædam coll. 1.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur. ius commune non lædunt, l. qui mutuam, in princip. ff. manda. & ff. de reg. iuris. l. quæ dubitationis.

Quod proprium cuiusq; est, ipsius amplius fieri nō potest, insti. de leg. §. sed si rem. ff. de excep. rei iu. l. & an eadem §. actiones. & inst. de ac. §. si citaq;. Digest. de acq. pos l. 3. §. 1.

Qui mortem facit, mortem debet pati. Digest. ad leg. Corne. de sica. l. 1. §. præterea.

Quod ex leuitate capitis procedit, impunitum remanebit. l. 1 C. si quis impera. maled. Digest. de reg. iur. l. quod calore.

Quod non mutatur, quare stare prohibetur? Certè pr. nihilo. C. de testa. l. sancimus. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. & in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. trbus colla. 1. & Digest. de adi. le. l. alumnæ. §. qui filias ex disparibus.

Quod fauore aliquorum introductum est, in eorū læsionem

læsionem retorqueri non debet. C. de legib. l. quod fauore. C. de secun. nup. l. generaliter. & C. de procurato. l. nemo.

Qui citò dat bis dat: & qui tardè dat, minus dat. insti. de fideiuss. §. non solum.

Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. C. si sæpius resti. in inte. postu. l. quanquam. & Digest. de feriis l. oratione. l. de ætate. Digest. de interro. act.

Qui rem alienam possessam inuadit, similis est furioso. C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. meminerint & l. cùm quærebatur.

Quicunque possessor definitur per spacium xxx. ann. ibi.

Qui duos habet accusatos, à tertio prohibetur. l. cū rationibus. C. qui accu. non possiunt, nisi suā aut suorum iniuriam prosequantur hoc est, verum de diuersis criminibus: quia aliquis posset accusare quatuor, vel quinq; vel mille de eodem crimine.

Quædam per vniuersitatem transeunt. quæ sola nō possent alienari, l. quædam. Digest. de aqui. re. do.

Qui non potest vt minus, nec vt maius Digest. de sena. l. qui indig.

Qui errat non consentit. Digest. de iurisd. omn. iu. l. si per errorem.

Qui pro republica occisi fuerunt in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. insti. de excu. tu. §. hi autem.

Quid verbis opus est cùm rerum nullus sequatur effectus? l. fi. C. de dona.

Quod commune est, meum non est. Digest. de re. di ui. & qua l. in tantum. §. 1. Digest. de aur. & arge. leg. l. Quintus.

Quod sensu caret, non committit iniuriam. insti. si quadru pau. fe. di. §. pauperies.

Quoddam est peculium profectitiū, scilicet, quod acquirit filiusfam. de rebus pateruis: & quoddam castrense, quod in castris quæritur. vt ff. de castren. pec.

l.si castrense.& l.peculium castrense.& l.si forte.& est aliud quasi castrense,quod in ciuitate quæritur ex publica causa,vel ex salario publico.C.de iuoffi. test. l. fi. Pro hoc gloss.l.cum oportet.§.1.super verb.peculijs C. de bo. quæ libe.

Quod ex re nostra fit,nostrũ esse verius est. Digest. ad exhib.l.de eo.§.si quis.

Quoties aliqua actio vel exceptio deficit, agendũ est vtili actione præscriptis verbis.l.quoties.ff.de præscrip.verb.

Quando duo iura concurrunt in eandem personã, perinde est,ac si concurrerent in diuersis personis.l.tutorem. Digest.de his,qui vt indig. & l.si quis decurio. C.ad leg.Cor. de fal.

Qui non laborat non manducet.not.glo.l. quamuis. Digest.de dam.infec.pro hoc.l si plures.C.de condic.incer.

Quædam gratis fiunt,quæ gratis fieri non debent. de iure fisci.l.2.in prin.ff.de condic.ob tur.cau.l.fin.

Quædam permittuntur extra iudicium, quæ in iudicio non permitterentur. l.seruum. & l.mutus.ff. de procurat.

Quædam honestè accipiuntur, quæ non honestè petuntur.Digest.de va. & extraor.cog.l.1.§. fi. & ff. de ori.iu.l.2.§.fi.in prin.

Qui dicit malam fidem, debet eam probare. C. de euic. l.pe.

Qui actionem habet ad rem recuperandam,rem habere videtur. Digest.de reg.iur.l.qui actionem.

Quilibet debet esse diligens,& non negligens in officio suo.ff.de excusatio. tuto.l.si duas §. nimis. & ff. de administra.tuto.l.cum plures.§.nimium.& Digest. de offi.præsi.l. diuus Marcus.

Qui per se non possunt capere,nec per seruos suos l.neq; C.de hære.instit.& Digest eo.l.non minus.

Quod quisq; iuris statuit in alterum: ipse eodem vti debet Digest.quod quisq; iuris per totum.

Qui

Qui negligenti amico rem custodiendam tradit, suæ facilitati imputare debet instit.quib. mo.re. contr. obliga §.præterea in fine.

qui negociationibus præponuntur. institores vocantur instit. quod cum eo.§ si igitur.versic.ideo autem institoria.

qui rem nondum emptori tradidit.adhuc ipse dominus est instit.de empt. & ven.§.vtique.

quod cum vno gestum est, cæteris non prodest. l. neq; pactio. C. de transa.

quod minus est dignum,dignius non continet.Digest.de verb.sign. l. 1.

Quicquid plantatur,seritur,vel inædificatur.

Omne solo cedit radices si tamen egit.l.si cui ædes. Digest.de leg.3.& inst.de re.di.§.cùm in suo.& l.adeo. §.fi. Digest. de acqui re. domi.

qui suo iure vtitur,nemini facit iniuriam. l. in iniaru.§. is qui. ff.de iniut.& l.1.§. idemq; Marcellus ff. de aqua plu. ar.& extra de elect.c.cum ecclc.

qui alij mea voluntate soluit,mihi soluere videtur. l.nihil interest. C. de solu. & l. inuito. eo. titu. & ff. de pign.ac. l. si solum §.solutam.

quis debet ibi puniri vbi deliquit.l. capitalium.§. famosos.ff.de pœnis & ff. de noxa ac. l. fi. vnde dicitur: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.

qui inuito vel ignorante creditore alij soluit, se nõ liberat ab obligatione.l.inuito.C.de solu.

quem de euictione tenet actio ipsum agentem repellit exceptio l.exceptione doli.& l. si ob causam. & l.sequen. C de euic.

quod volui,non potui,& quod potui, nolui. Nota. gloss. de contra & commit. instit.l. 3.in fin. gloss.sic. C. si quis alteri vel sibi.l.multum. & C. de contrahend. & commit.stipu.l.3.

quilibet potest suum nomen mutare.l. 1.C. de muta. nominis,dum tamen sit sine fraude.

qui furanti signum præbuit, perinde habetur ac si

manifesti furti condemnatus esset: & famosus efficitur. ff. ad leg. Iuliam pecu. l. sacrilegij pœnam. circa finem.

Quæ non prosunt singula, multa iuuant. C. de proba. l. instrumenta. l. rationes. l. non epistolis. & l. non nudis.

Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. l. qnæ religiosis. ff. de rei ven. iuxta illud: Cum sancto sanctus eris. & cum peruerso peruerteris. Psal. 17.

Qui omnę dicit, nihil excludit. Not. gloss. in l. à procuratore. C. manda. & ad hoc. C. de hæred. instit. l. 2. & ff. de hæred. institut. l. quòd si Mæuius, & l. 1. ff. de penu. legata. de leg. 3. l. Iulianus respondit.

REmittentibus actiones suas non est dandus regressus ad eas. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic.

Rusticitati parcendum est. l. fi. C. de testa. ff. ad Syllanianum. l. 3. §. si quis ignorans. ff. de ven. inspi. l. 1. §. fi. ff. de proba. l. deinde. §. 2 ff. de iurisdict. omn. iu. l. si quis. §. 3. ff. de iure fisci. l. 2. in fin. Digest. si quis in ius vo. non ierit. l. 2. §. penul. Digest. de eden. l. 1. §. fi. & in multis similibus.

Res inter alios acta, alijs non præiudicat. l. Iucius ff. de his, qui no. infa. l. sæpè constitutum est. ff. de re iudi. l. res inter alios acta. aliàs est. l. Modestinus respõdit. ff. de excep. l. res inter alios acta. ff. de re iud. l. 1. C. res inter alios actas vel iudicatas. C. de except. l. 2. ff. qui pot. in pig. ha. l. Claudius. C. de pac. l. si pactionẽ. ff. de iudi. l. si petitor. Digest. de pac. l. si vnus. §. pacta quæ. in fin. & ff. de except. rei iud. l. 1 cum multis alijs.

Res iudicata, pro veritate accipitur. l. ingenuum. Digest. de sta. ho. §. res iudicata.

Reus excipiendo actor est. l. 1. de except.

Reus non tenetur probare, sed actor. l. frustra. C. de probat. cum multis alijs.

Res tantum valet quantum vendi potest ff. de condi. fur. l. si seruus. §. quòd si pendente. ff. de furt. l. si

quando

quando vxor. §. fin. in fin.

Reatus omnem excludit honorem. C. vbi senat. l. 1.

Re integra reuocatur mandatum. insti. manda. §. rectè. & Digest. de procura. l. ante litem contestatam.

Res mali exempli est vitanda. l. obseruandum est, Digest. de iudi. & l. exemplo C. de proba.

Rei appellatione etiam pars continetur. l. appellatione rei Digest. de verb. sign.

Rei hæreditariæ nondum possessæ non fit furtum l. contrà. §. fi. Digest. re amo.

Ratio generalis præuales speciali. Not. glos. insti. de vsuca. §. furtiuæ. super verbo, neç vsucapio & de nupt. §. affinitas. & §. socrum. contrà. Digest. de eden. l. quædam.

Res mutata in pristinum statum redire non potest ff. de ver. obli. l. inter stipulantem. §. sacramenta. ff. de solu. l. qui res. §. aream.

Rebus & non verbis legem imponimus C. communia de lega. l. 2 in fi. C. de vsur. l. fi.

Remittenti ius suum amplius non datur regressus insti. de bon. pos. §. si quis itaq;.

Res sua nemini seruit. l. in re communi. Digest. de serui. vr. prædi. & Digest. si vsusfru. pe. l. vti frui.

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. l. fi. C. ad senatusco. Macedon. l. licet. ff. de iudi.

Reus debet primus conueniri, quàm fideiussor. in authent. de fideiuss. §. 1. col. 1. & C. co. tit. authen. præsente.

Res aliena vendi. non potest, sed precium ab emptore auferri potest. l. rem alienam. Digest. de contrahen. emp.

Rei est fugere. C. de iudi. l. properandum. §. & si quidem pars.

SVb masculino genere continetur fœmininum. l. 1. §. 1. ff. de constitu. pen. l. passoni. & l. detestatio. §. serui. & l. pronuntiatio. ff. de ver. sig. l qui duos

mulos ff. de leg. 3 & l. tres fratres. Digest. de pact. in authenti. iusiurand. quod præstatur ab his. §. 1. colla. 2.

Sub fœminino genere non continetur masculinũ. Digest. de lega. 2. l. ita scriptum.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

No. glo. institu. de vsucap. §. furtiuæ quoque. super verbo nam furtiuarum.

Si illud, quod minùs videtur inesse. inest, & illud, quod magis. C. de sacrosanct. eccles. authen. multò magis.

Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. insti. quib. mo. tol. obl in prin.

Solatio miserorum est habere socios pœnarum. Digest. qui & à qui. manu. li. non fi. l. prospexit.

Sublato principali tollitur accessorium. l. cum principalis. Digest. de reg. iur. & l. 2. ff. si quis cau. & l. eos. in prin. C. de vsur. Contrà de l. intelligere debes. C. de luitione pignoris.

Singulare aliquando ponitur pro plurali. l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de ori. iur. & l. ex duobus ff. de vul. & pu. l. diuus. §. fin. & Digest. de peti. hære. l. diuus. §. fi. & l. 1. §. vt initio. ff. de postu. & Digest de verb. signi. l. in vsu.

Separatorum separata est ratio. ff. de iurisdi. omiu. l. si idem cum eodem in princip. & l. si domus. ff. de seruit. vrb. præd. & l. pater Seuerinam. §. fi. ff. de cõdi. & demon.

Societas ius fraternitatis quodammodo in se habet. l. verum Digest. pro socio.

Scientia nobilitat. l. prouidendum in glo. C. de postulan.

Simplicitas legibus est amica. institu. de leg. suc. §. sed simplicitatem & l. manifesti. §. tales C. de fur. & insti. de fideicom hære. §. sed quia, & ff. de dol. l. 1. in prin.

Sinè causa neminem transigentem audit prætor. l. cum hi. §. in causa. Digest. de transac.

Semper

Semper generalibus specialia insunt, Digest. de reg. iu. l. semper.

Seruus in iudicio interesse non potest. C. de iudi. l. seruus.

Seruus de iure ciuili nihil est. Digest. de reg. iur. l. quod attinet.

Sine corpore vis fieri non potest. Digest. de vi. & vi arm. l. 1. §. idem Labeo.

Scientia potest donari non vendi. Not. gloss. in l. 1. §. proinde. Digest. de va. & extraordi. cog & ff. de donat. l. Aquilius (al. Atilius) & egulus. Sic & C. de epi. & cle. l. si quemquam Contra. Digest. de regu. iur. l. cuius est.

Si aliqua fiant ad necessitatem, non debent deduci. l. solent. §. non autem. Digest. de offi. procon.

Si ego occiderem furem nocturnum, non teneor. Digest. ad l. Corne. de sic. l. furem.

Scriptum est enim, cùm rex iustus sederit super sedem, non aduersabitur ei quic. quam malignum. in epistola inter claras. circa prin. C. de sum. tri & fi. ca.

Septies in die cadit iustus. in authen. de non ali. aut permu. re. eccl §. vt autem. coll. 2. no. per Accur. insti. de iusti. & iu. circa prin.

Sufficit allegare naturalem rationem, etiam sine lege. l. fi. Digest. de pœ.

Sententia ferenda est pro eo qui fortiora iura allegat. C. de edic. diui Adri. tol. l. si iussa. quod notatur cùm duæ rationes fortius ligent, quàm vna, institut. de nup. §. socrum.

Sententia contra formam iuris lata non valet. C. quando prouo. non est ne. l. 2.

Socer obtinet locum parentis. l. quia parentis. Digest. so. ma.

Secundum allegata & probata iudex debet iudicare. l. illicitas. §. veritas. ff. de of. præsi. Contra. ff. de feriis l. eadem. in fi. vbi dicitur, quod iudex secundum conscientiam iudicare debet.

Senten

Sententia pro veritate accipitur. l. ingenuũ. Digest. de stat. ho. & l. res iudicata. Digest. de reg. iu.

Scholares diebus feriatis legere & scribere possunt. l. pe glo. Digest. de ferijs.

Sub dubio forti respondent sæpè periti.

No. gl. l. si duo rei. ff. de arb. & C. de appel. l. eos qui. §. si quid aũt in agendo m l. mutus 1. respon. ff. de proc.

Scire facit mathesis, sed diuinare mathesis not glo. mathematicos C. de epi. audi. idem glo. super rubri. C. de male. & mathe.

Seriùs expediunt commissa negocia plures.

Not glos. C. de admi. reipu. 3. §. 3. super verbo, facilius. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis.

No. glo in authen. de referendarijs. circa fi. col. 2.

Seruus ad solennia non potest adhiberi. l. qui testamento. Digest. de testamen. §. seruus.

Sufficit conditionem esse impletam, siue in vita, siue post mortem testatoris. l. si quid hæredi. C. de inst. & substi.

Sensus magis inspicitur quàm verba. l. 1. C. de interdic. & l. 3. C. de libe. & præter. & l. Celsus. §. pe. digest. de contrahen emp. & ven.

Sacrilegus dicitur, qui rem aliquam sacram de loco sacro aufert. Digest. ad l. Iul. pecu l. diuus.

Similis æquitatis ratio similia iura suadere debet. Digest. ad l. Aquil. l. illud. & C. ad l. Fal. l. vltima.

Sacramentum reuocatur prætextu periurij. C. de re. cre. l. 2. & Digest. de in l. iura. l. fi. & Digest. de re. iudi. l. post rem.

Sacramentum pro veritate accipitur. Digest. de iureiu. l. sed & si possessori.

Si aliquid est in pœnam statutum, non debet cõuerti in præmium. Digest. de adimen. lega. l. legata inutiliter. & Digest. de reg iur. l. non fraudantur §. nemo.

Satis absurdum est, creditorib. quidem ius suũ persequentibus auxiliũ denegare. C. de iu. deli. l. scimus. § sin verò creditores in fine.

Suf-

Suffragium propriè dicitur illud patrocinium, quod præstat aduocatus, not glos. super rubrica. C. de suffra.

Sequester est apud quem plures eandem rem, de qua est controuersia, deposuerunt. l. sequester, Digest. de verb. significa.

Scapha est parua nauis sequens nauem magnam, l. scapham, Digest. de euic.

Stultus non debet melioris esse conditionis, quam prudens, l. Seruius, ff. quod vi aut clam, & ff. de noxa, l. non solum, cum multis alijs.

Sine accusatore nemo dãnatur, vnde illud: Mulier, quis te accusat? nemo domine, l. rescriptio, §. si quis accusatorem, ff. de mu. & hono.

Si filius, & hæres, ad Gala. 4. & l. sine possidetis. C. de probat.

Stupulatio præsens non trahitur ad futurum, not. glo. de dam. infec. l. damni §. si is.

Si Vasallus fecerit amicitiam cum inimicis domini. aufertur ei feudum, C. de inoffic. test. l. liberi.

Sexus virilis præfertur sexui fœmino, l. 1. Digest. de fena.

Si aliquis furiosus imperatori maledixerit, non punietur l. vnica, C. si quis imp maled. nam afflicto non est danda afflictio l. diuus, ff. de offic. præsi.

Sola attestatio prolata, & alijs adminiculis nõ probata, nullius est momenti l. solam, C. de testi.

Standum est parti maiori in cumulo debiti l. maiorem D. gest. de pac.

Standum est maiori parti, Digest. ad municip. l. quod maior pars, & ff. de regulis iuris. l. aliud, §. 1. C. de decu. l. nominationum lib. x.

Standum est sententiæ arbitri, l. diẽ proferre, §. stari, ff. de arbi. siue æqua sit, siue iniqua vt ibid. dicitur.

Seruitus est constitutio iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur, inst. de iure perso. §. Seruitus autem.

Seruus

Seruus debet domino suo, tanquam potentiori obedientiam, C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. & l. fin. & §. filius, in authent. de nup. colla. 3.

Surripiens statim est in mora, l. fin. C. de condi. ob turp. cau.

Satisdatio idem est, quod satisfactio, l. 1. Digest. qui satisda. cog.

Sæpè vnius opera plus valet, quàm alterius pecunia. inst. de societate, §. nam & ita.

Seruus non potest esse tabellio. C. de tabellionibus l. generali, & C. de adop. l. 2. in glo. super verbo seruo publico.

Sapientis est mutare consilium, l. nonnunquam ff. de col. bonorum.

Scientia inflat, charitas autem ædificat, primæ ad Corinth ca. 6. & in ea. nisi cùm extra de renun.

Sine possessione non procedit vsucapio. l. sine ff. de vsucapionibus.

Sciens rem alienam nunquam vsucapit. in l. proximè alleg

Stipulatio fit ex interrogatione & responsione, institut. de verbor. obligat. in princ. & ff. e. l. 1. scilicet, ex interrogatione præcedente & responsione sequen. vt C. de vsuris. l. 1.

Surdus, mutus, absens non possunt stipulari. l. 1. ff. de verbo. obl.

Strabo dicitur, qui torto lumine videt. not. glo. qui clauum. Digest. de ædi. edic. super verbo strabonem.

Seruus dicitur à seruando, non à seruiendo: vt no. glo. inst. de iur. perso. §. serui autem ex eo, super verbo serui autem.

Secundæ nuptiæ sunt odiosæ, in authen. de nupt. §. dissolutum, loll. 4.

Seruus communiter est fur. l. Iulianus, §. item qui furem. ff. de acq. emp. & ven. & ibi vide gloss.

Solutio, vendititio, traditio, magis facti, quàm iuris est, l. consilio. §. fi, ff. de cura. furi.

Sed

Sed quia natura nouas deproperat ædere formas. Iste versus situatur in proprio titulo, quę fuit prima causa beneficij amittendi, colla. x.

Si illud, quod minus videtur inesse, inest & illud quod magis, l. nec in ea. §. ius occidendi, ff. de adult. & stu. & l. 1. §. quod ait prætor in fi. ff. de superficiebus.

TEmpus non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis, l. obligationum ferè, §. placet, ff. de ac. & obli.

Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum ff. de in ius voc. l. sed si hæc lege. §. prostituta & in auth. de præsi. prouin. §. ex diuerso, super verbo, exemplum, coll. .

Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, l. 1. ff. de testam.

Testamenti factio non priuati, sed publici iuris est: & ratione pactorum priuatorum forma eius non læditur, l. 3. Digest. de testam.

Testes & instrumenta eandem vim obtinent, l. in exercendis litibus. C. de fide instru.

Te. in appellatione, & ferrum, & fustis, & lapis, & omne, quod fit nocendi causa, habetur, l. si pignore ff. de furtis.

Testamentum militis non potest querelari l. si in. stituta, §. de inofficioso, ff. de inoffi. testa. hoc est verũ in milite militante, secus est in veterano.

Tantum punitur affectus, quantum effectus, l. is, qui cum telo. C. ad legem Corneliam de sica. & C. de episco & cler. l. si quis non dicam. Contra, ff. de pœn. l. cogitationis pœnam.

Tamdiu societas durat, quamdiu integer consensus partium durat. l. tamdiu. C. pro socio. & institu. cod §. manet autem.

Tacita voluntas valet, ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur l. patre furioso, circa fin. Digest. de solu. matri. l. 2. §. voluntatem.

Trie

Tria vel quatuor sunt multa, ff. ad Sillania leg. 1. §. scripto.

Tempus ignoranti cedit. ff. de iur. & fac. igno. l. 1. in prin. & ff. de his. qui not. infa. l. genero inquit.

Tristibus & desolatis propter mortem sui parentis est consolendum, l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. hære. transac.

Testamentum patris, in quo filius est præteritus, nõ valet, institu. de exhære, lib. in prin. & ff. de li. & posth. l. inter cætera.

Turpia lucra sunt ab hæredibus retorquenda, l. in hæredem, Digest. de calum. & l. videamus ff. quod me. causa, & C. ex delict. defunct. in quantum hæred. conue. l. vnica.

Testator potest aliquem extraneum & penitus ignotum hæredem instituere, l. extraneum penitus, C. de hæred. instit.

Tempestas, vel infirmitas, vel vis fluminis aliquem excusat, l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cau.

Thesaurus est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, l. nunquam, §. 1. ff. de acquire. do.

Tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cùm tutelam administrat: non cùm pupillum spoliat, ff. procmp. l. qui fundum §. qui tutor.

Tres negationes faciunt vnam negationem, l. 1. §. & nonnunquam, ff. de cadauer. punitorum, ff. de coll. bo. l. nonnunquam.

Traditionibus & vsucapionibus dominia rerum, non nudo pacto transferuntur, leg. traditionibus, C. de pactis.

Tempore interdicti potest missa celebrari in die dominico ianuis clausis, & campanis non pulsantibus: sed in 4. festis, scilicet, in die Natalis dom. in Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ virginis. tantum potest celebrari ianuis apertis, campanis pulsantibus, extra de senten. excom. c. alma. lib. 6.

VERBA

VErba debent intelligi secundum materiam subiectam. l. si vno anno. ff. loca. & condu.

Vbi vnum propter alterum, vtrobique tantum vnum. Digest. pro do. l. fina.

Vinum vetus. præualet nouo vino. l. cum quid. ff. si cert. pet.

Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis cõsummare susceptam. Digest. commo. l. in commodato. §. sicut. & instit. eo. §. penult.

Variæ sunt hominum voluntates. ff. ad Trebel. l. quia poterat. & C. de emanci. l. non nudo. in gl. Contra. C. de adop. l. cum enim. & C. de re ec. non alie. l. 1.

Violans vel transcendens muros castri, vel ciuitatis sinè licentia principis, capite punitur. l. fi. ff. de re. diuis.

Vinum lætificat cor hominis. not. glo. l. 1. ff. de peri. & commo. rei ven.

Vniuscuiusq; rei principium potentissima pars est. Digest. de ori. iu. l. 1. circa prin.

Vox vnius, vox nullius. C. de testi. l. iusiurandi. §. simili modo.

Vox patris est vox filij, & econtra. insti. de inutilibus stipu. §. ei verò.

Vox serui est vox domini ff. de dam. infec. l. si seruus. & insti. de inutil stipu. §. ei verò. Contra. Digest. de stipu. ser. l. 2. & l. antepenul.

Vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt. l. pupillus. in fi. ff. de his, quæ in frau. cre. & insti. in proœmio.

Vanæ voces populi non sunt audiendæ. C. de pœ. l. decurionum.

Verba debent intelligi vt aliquid operentur. ff. de leg. 1. l. si quando.

Verba transposita idẽ significãt l. præposteri. C. de testa. & l. cum pater. §. fidei tuæ committo. ff. de leg. 2.

Vtile per inutile vitiatur. l. sed & si decem. ff. de cõdi. pec. & l. 1. §. pe. ff. de ver. obli. & C. de La. li. tol. l. vnica

Q

nica.§. illo proculdubio.inglo. & Digest.de arbi.l. Pedius Contrà.Digest.de reg.iur.l. actus.

Vbi maius periculum ibi cautiùs est agendum l. 1.§. si quis Digest.de Carb.edic.& C. de fur. l. manifestissimi.

Vim vi repellere licet.l.1.ff.de vi & vi ar.& l.3 §. cũ igitur. & C. vnde vi.l.1. Digest. de iusti.& iu.l.vt vim & Digest.ad l. Aquil.l.itaq; in prin.& l. scientiam.§. qui.cum aliter.

Verba cum effectu sunt accipienda.l. si per alium §.docere..ne quis eum, qui in ius vo. est. vi exi.& ff. ne vis fiat ei.l.1.§.hæc verba & ff. de ver.sign.l.nomen filiarum.§.fin.& l.debitore.& ff.quod quisque iu.l.1. in fine.

Vbi est eadem ratio,ibi debet esse idem ius. Digest. ad l.Aquil.l.illud.

Verba imperatiui modo non habent primam personam.no glo.Digest.de arb.l. pen.

Vbi malum principium, malus finis sequitur. l.in vniuersis C.qui.da.tut.

Vbi pecunia deest,in corpore suppletur.ff.de in ius vo. l. fina.& ff.de iurisdi.om iud.l.si quis id.§. in seruos.& Digest.de pœ.l.1.§ generaliter.

Vniuscuiusq; contractus initium spectandum est, Digest manda.l.si procuratorem in prin.

Valdè inhumanum est à nemine accipere: sed passim vilissimum.l.solent.§.non verò.ff. de offi. pro cõsul. & l.g.

Vsucapio propriè fit in rebus mobilibus: præscriptio in rebus immobilibus. no.glo.l.1. ff.de vsuca. & inst .c.§.3.

Voluntates legitimè contrahentiũ seruandæ sunt. l.pen.in fi.C.pro socio.

Vitio naturali parcitur. ff. de dam.infec.l.flumi. num.§. vitium. ff.ad l. Aquil.l. si seruus seruum.§. si fornicarius.

Voluntas & propositum distinguunt maleficia.

Digest. de

Digest.de furtis.l.qui iniuriæ.

Vnius factum alios non debet trahere in periculũ. ff.de offi.præsi.l.illicitas.§. sicut & ff.ad legem Aquil. l.si seruus seruum.§.cæterum.

Vsucapio est legalis alienatio.ff.de ver. sign. l. alienationis.

Vno contextu actionis testari oportet. l. hæredes. §. fi. ff. de testa. Est autem vno contextu testari, nullũ actum alienum testamento immiscere.

Vsusfructus est ius alienis reb.vtendi fruendi salua rerum substantia.l. 1. ff. de vsufruc. & C.eo.l. 1. in glos. & insti.eo in prin.

Vterini dicuntur, quasi ex eodem vtero nati, & nõ ex eodem patre. ita exponit glos.in l. frarres C. de inoffi.test.& insti.de leg. ag.suc.§. 1.

Videor gerere, quod per alium gero.l.ita.§. gessisse, ff.de admini.tu.Contra. C.de thesau.l.1.§.in alienis.li. 10. ff.de vi.& vi ar.l.cum fundum.§.quæsitum.

Vtilitas publica est præferenda priuatæ l. 3. C. de primipilo.lib.12. circa fi. lib. ff pro socio l. actiones.§. Labeo.& c. bonæ. 1.extrà de posto.C. de cadu.tol.l.vnica. §. fi. circa fi.C.de ope. pub.l.si quando concessa. l.2.§.si quis municipalis.Digest.si quis cau.

Vsuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium inf[illegible]guntur.ff.de vsuris.l.cũ quidam.§.si pupillo.in fi.

Voluntas & propositum distinguunt maleficia.ff. de furtis l. qui iniuriæ instit.de obli. quæ ex deli. nas. §.sed placuit.super verbo.si se intelligant.& C.ad legẽ Corneliam de sica l.1.

Vbi non est matrimonium,ibi dos esse non potest. insti.de nup.§. si aduersus.

Virtutum præmia merentibus tribui conuenit.C. de sta. & ima.l. 4.

Vbi lex non distingnit, nec nos distinguere debemus.ff.de Publ.in rem act.l.de precio.ff.de offi.præsi. l.præses.ff.de iud. l.2.§.conuenire.in fi.de offi.præsi.

l.3.ff.de aliena.l.1.§.qui verò. ff.de postu.l. quos prohibet.cum similib.multis.

Vltima voluntas est seruanda.l.1.C.de sacrosanc. eccles.

vbi aliquid prohibetur,& eius simile.ff.manda.l.fina. de iudi. l. sed & si.§.ex quibus.

vbi inceptum est semel iudicium,ibi & finem accipere debet.l.vbi.ff.de iudicijs.

verba enunciatiua aliquando operantur dispositionem.l.1.C.de fal. cau.

verborum adminicula fides veritatis non desiderat.C.si minor.se ab hæred:absti.l.1.

voluntas testatoris plerunque magis inspicienda est, quàm verba.l. cùm virum.§. sanè.C.de fideicom. ff.ad leg. Fal.l.pœnale.§.fin. Digest. ad Trebel.l. vbi.§. te rogo.

vt idem est, quod sicut. ita exponit glo.l.1.C. de proba.

vitiosa possessio iuuat aliquem contra extraneos. l.fi.Digest.de acqui.poss.

vno malo præcedente sequuntur& alia.in auth. vt iudices sinè quoquo.suf.§.considerauimus colla.2. super ver.illicito.in glo.

vnus actus inducit consuetudinem. C. de epi. audi. l.3.in fi.

vbi est eadem ratio idem ius esse debet.ff.de fonte. l.1.§.interdum.ff.de adul.l.si postulauerit.§.2. ff. de eden.l.quædam.§.nummularios.inst. quod cum eo. §.ista. tamen. ff. nau.cau.sta.l.nauta.§.fi.ff.ad legem Aquil.l.illud.

vbi habet locum commune auxilium, non debet peti extraordinariũ. Digest.de Carbo edic.l.cum sine. Digest ad municipalem.l.1.in fine. Digest. de eden.l. quidam in prin.

vbi emolumentum. ibi & onus. instit. de empt.& vend.§.item precium.C.de fur. l. fina. §. alia dubitatio.ff.de ac.emp.l.Iulianus.§. ex vendito.C.de cadu. tol.

tol.l.vnica.§.pro secundo,& Digest.de re.iur. l.secundum naturam. Contrà,ff.de procur.l. qui proprio.§. procurator, vt in cæteris.

Vbi possessorum & petitorum iura sunt obscura, magis est iudicandum pro possessore, inst.de interdi. §.commodum autem.

Venditor ante traditionem est dominus rei venditæ inst.de emp.& ven.§.idem.& in cæteris.

Vxores à viris defendi debent,non econtrà,institu. de iniurijs§.patitur.

Vno inconuenienti dato,sequuntur & plura,in authen vt iudi.sine quoquo suf.fi.§.an certæ,versic.sed & aliud coll.2.C. de resc.vend.l.ratas.

Vnam concubinam habens non plures,castè viuit in authen.de trien.& semis.§. nam si hoc non constet, coll.iij.

Vbi non est matrimonium,nec dos esse potest,inst. de nup.§.sed si aduersus.

Vnus testis solummodo inducit præsumptionem, ff.de iureiur.l.si duo patroni.

Vbi nulla petitio,ibi nulla mora, ff. de verb.signi.l. pupillus.

Vltima mora nocet,l.cùm Prætor.§.si aliquando. ff.de no.ope.nunci.& ff.de peri.& cõmo.rei vend.l.illud,& l.si mora,& l.semel mora.ff.sol.ma.

Viuens moritur: mortuus non moritur, nec vltrà mors ei dominabitur,not.gloss.in l.3.Digest.quando dies le.ce.

Victus victori in expensis debet condemnari.l.pro perandum.§.sin autem, C.de iudi.& C.de euic.l.1.in gloss.

Vani timoris non est iusta excusatio,l.vani timoris Digest.de reg.iur.

Vnusquisque annus habet cccLxv. dies,ff.de sta.li. l.cùm hæres,§.Stichus,& l. ita vulneratus,Digest.ad l. Aquil.

Volenti non infertur dolus. C.de transac.l.cum

donationis ff. de condi. inde l. in summa §. fi. C. de rescind. vend. l. venditor. & Digest. de reg. iur. l. nemo videtur.

Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest. Digest. quod met. cau. l. vis autem.

Vnicuique factum suum, non aduersario nocere debet. ff. de reg. iur. l. factum.

Voluntates defunctorum sunt seruandæ in auth. de nupt. §. disponat. colla. iiij hoc est verum, voluntates dispositiuæ, & nō voluntates enunciatiuæ. vt C. de probation. l. rationes & C. communia vtriusque iudi. l. scriptura, & in authent. de iureiurand. à mo. præs. §. 1. collatio sexta.

FINIS.

INCI-

INCIPIVNT IN NOmine Domini

IESV CHRISTI QVAEDAM BRocardica, correcta, & practicis vtilia, extracta à toto corpore iuris Ciuilis & Canonici, secundum ordinem Literarum alphabeti. Et primo,

De Litera A.



Eadem res non debet diuerso iure censeri leg. 1. ff. de re. permu. c. cùm in tua. de deci. l. cùm ædes. ff. de vsucapionibus.

Expensæ sunt faciendæ secundum personam & facultates. l. cũplu. Digest. de admin. tu. in princ. in versi. nimium est.

Ecclesia pati potest damnum per factum prælati cõ sentientibus œconomo & omnibus clericis. C. de sacr. ecclesi. l. iubemus.

Aes nostrum est, quod ab alijs nobis debetur: æs alienum est, quod alijs à nobis debetur. l. cedere diem. ff. de verb. signifi.

Ea quæ facti sunt, iudicis potestati nõ committuntur. l. verum. §. ex facto. ff. de mino. & nota in leg. mi-

nor.in prin.in gloss. de euictio.

Ea quæ facti sunt, nulla iuris constitutione mutari possunt.no.ad l.legatum.Digest.ex quibus cau. ma.

Ea quæ sunt contra bonos mores, nullius sunt momenti.l. pacta quæ contra. C.de pac. l. stipulatio hoc modo concepta Digest.de verb obl.

Aequitas suadet vt vnicuique ius suum restituatur. Digest.de con.inde.l.nam natura.

Ex vno & eodem facto quis non debet consequi pœnam & præmium.l. siue hæreditaria.ff.de neg.ge. & l.si cui ex quib.cau.ma.& leg.ita demum.ff.de arb. vid glo.in d.l. siue hæreditaria in ver consequi. Contra. Digest. de excu.tuto. sed & milites.§.planè ignominia,ca.inter.de spon.& mat.

Eligens vnum de beneficijs sibi competentibus nō ideò alteri renunciare videtur. Vide dubiū circa istud Brocar.in regula, quod semel, de reg.iuris in 6.

Euentus damni restitutionem non indulget,sed in consulta facilitas, ff.de minor.l. verum.§.sciendum.

Error non habet consensum.ff.de iurisd.om.iud.l. si per errorem.l.2. ff.de iudi. quid enim tam contrarium est consensui,quàm error, qui imperitiam detegit? d.l.si per errorem.

Erga Deum religio,erga patrem obedientia est,l. veluti.ff.de iust.& iur.

Aequalitatis & iustitiæ sumus adamatores,in authen.de non eli col.1.§.illud quoque.

Error communis facit ius, leg.Barbarius, Digest. de offic.Prætoris.

Emens scienter rem alienam, nō habet regressum de euictione,l.si fundum.C. de euic. Contra,de l,fin. C.communia de l.& li.1. C.si ven.pig.ag.Solutionem vide in glo.in d.l. si fundum

Eius est interpretari, cuius est condere legē,c.inter alia.de sen & excom.& l.vlt.C.de legi.in §.definimus.

Ecclesia nunquā moritur.l.iubemus nulli.in §.sciētes.C.de sac.san. eccle.c.si gratiosè.de reicript.in vi.

Error

Error in facto alieno tolerabilis est, de hoc vide in leg.error.C.de iur.& fac.igno. & ibi glo.& in litera & leg.error.Digest.de iu.& fac.ign.& ibi etiam pulcherrimam glo.

Expedit subiectos habere locupletes in authen. vt iudi.si.quo suf.de hoc vide suprà §. auaritia.

Aequitas præfertur rigori, c. fin. de transac.

Ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur,ff.de offi. præsid.obseruandum.

Ex verbo generali aliquid excipitur,l.cum Aquiliana ff.de trāsac.de quo dic vt in leg.si seruus.ff.de ser. vr.præd.

Ex duobus contrarijs fit optimum temperamentū. ff.de procu.l.sed hoc neq;,& ff.de offi.procon.l.solēt. §.fina.& l.mutus ff.de procu.§.1.& l. Labeo,&c.

Eo solo quis carere debet, cuius emolumentum ad eum pertinet,faciunt multa per no. per Car.in cle. in plerisque,de ele.

Euentus iudiciorum dubij sunt, l.quod debetur.ff. de pecu.

Ex diuersitate locorum non debet diuersitas iuriū oriri.l.superuacuam.C.de temp.in inte.rest.vide supr. §.differentia.

Exempla præsentia nos cauere præmonēt in futurum,82.di.plurimos.no. glo.in c.1.de ser.non ord.

Ei solum nocere debet iusiurandum, qui detulit. Digest.de Publicia.l.sed & si res.§ si petenti.

Exceptio peremptoria opponitur post sententiam. Digest.ad Macedo.l.tamen.Sed istud est speciale in filiofam & casibus enumeratis per gloss.in d.le.tamen. Contrarium verò regulare est, quod exceptio peremptoria non possit opponi post sententiam, per tex.in l.peremptorias C. sen. rescin.non pos.

Ex frequenti delicto augetur pœna.ff. de pœ.l.capitalium.§ solent quidam.

Expedit Reipu. vt sit finis litium.l.properandum. C.de iud.ca.cordi.de appel.lib.6.& in auth. de mand. princi.si tibi.col.3.

De litera F.

Fllius potest corrigere patrē l.3. Digest. de cōd. cau. da. §. sed seruus. vide suprà in dictione, erubescit.

Frangenti fidem fides frangatur eidem. ff. de in offi. testa. l. eum qui in prin. & l. qui fidem. ff. de trā sac. & l. cum proponas C. de don. ante nupt. & le. cum proponas C. de pac. & c. peruenit de iureiur.

Frustra fit per plura, quod potest fieri per panciora. l. in donationibus. C. de donatio.

Fraus & dolus prodesse alicui, & alicui simplicitas nocere non debet. Digest de dol. l. 1. in prin.

Frustra expectatur euentus, cuius effectus nullus sequitur. Digest. de iudi. l. non idcirco.

Fœmininum non debet concipere masculinum. le. seruis legatis. Digest de l. 3. Sed è conuerso masculinū concipit fœmininum. l. tres fratres. Digest. de pac.

Faciliùs impeditur acquirendum, quàm tollatur iā quæsitum. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. l. patre furioso.

Faciliùs consentit vnus quàm multi: vt not. glo. in l. 3. ff. de offic. præto. in glo. in verbo multo magis. Vnde versus.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus.
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. Persius &
Virgilius, *Trahit sua quemque voluptas.*

Finis attendendus est. C. de no. Co. compo. l. 1. Contra, quia principium potissima cuiusq; rei. &c. Digest. de ori. iu. l. 1. in princ.

Fauorabilia sunt amplianda, odia restringenda. l. cū quidam. Digest. de lib. & post c. odia de re. iu. li. 6. Contrà ff. de his qui no. infa. l. 2. §. exercitum. & ibi glo. in ver. sed hic. No. istud bro.

Facienda est interpretatio vt actus magis valeat, quàm pereat. l. quotiens. Digest. de re. dubijs. Contra. Digest. de re. du. l. quod de paucis.

Filiusfa. non potest facere testamentum. l. nemo C. qui testa. fac. pos. Contrà. quia filiusfamil. quò ad ea quæ publica sunt, pro patrefam. habetur. l. si filiusfa. Digest. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Fauorabiliores sunt vltimæ voluntates, quàm contractus, per no. in authen. his igitur de hære. Fal. coll. 1. vna est enim legis intentio, vt testamenta adimpleantur, nam propter negligentiam hæredum Episcopus exequitur piam voluntatem testatoris. c. nos quidem. &c. si hæredes, & c. tua nobis, extra de testa. Sic secundum pijssimas leges, dilatas pias defunctorum voluntates episcopali decens est studio adimpleri. C. de epi. & cle. l nulli.

Falsa demonstratio non vitiat actum, qui geritur. l. falsa demonstratio, & l. cùm tale. § falsam. ff. de con. & demon. & l. 2. C. de fal. cau. adie. leg.

Falsa causa non vitiat actum. Digest. de cond. & demon. l. demonstratio falsa.

Facies humana ad similitudinem pulchritudinis cælestis est facta, l. quis in metallum. C de pœn. & Genes. 1. cap.

Fines mandati diligenter sunt obseruandi. l. diligēter. ff manda. c. cùm dilecta de rescrip.

Filius debet obediri patri. l. veluti. ff. de iust. & iur.

Fauorabiliores sunt rei quàm actores. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

Fidelitas præualet diuitijs. ff. de verb. ob. si quis.

Fortunæ euentus sunt tolenrandi, siue sint boni, siue mali. l. Labeo. §. idcircò. ff. de aqua plu. ar.

Facti interpretatio plerunq; prudentissimos fallit. le. 2. de iur. & fac. igno.

Filius non est homo integer, sed pars patris. l. sancimus. C. de agri. & consi. li. 11.

Frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. C. de thesau. l. 1. §. nam in suis quidem locis. ver. cùm superfluum. l. 11.

Frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. l. auxilium. Digest. de minor. in fin. l.

Forma est, quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse.

ff.ad exhi.l.Iulianus.§. sed & si quis. dicit enim tex. in fine illius §. Nam mutata forma propè interimi substantiam rei Marcellus scribit.

Fratrum dura est separatio C.commu.vtri.iur.leg. possessionum.

Filij meritis paternis magis sunt ad obsequia paterna prouocandi, quàm pactionibus astringendi. C. de inoffi.testa.l.si quis §.1.glos.pulcherrima & nota, in c. 1.§.& quia vidimus.in gl.super ver.legib. circa mediũ, in ti.qui feu.da pos.in vsi.feu.

Furtum sine affectu furandi non committitur.inst. de vsuca.§.item si is.

Factum alterius alteri prejudicare non debet.le.nemo debet. Digest.de reg. iur.

Faciliùs tollitur ius speciale quàm commune. l. eius militis.ff. de testa.militari.in §. militia missus.

Facultas probationum non est angustanda. C. de hæreti.l.quoniam in fine.

Fortiora iura allegans debet obtinere.le.fi.de edic. diui Adri. in §. sin autem.xxj. di.§.1.& pro illo est iudicandum, pro quo plures rationes faciunt. extra de proba.licet.in fi. Sic etiam est deterior causa illius contra quem plura faciunt.28.di.de Syracusanæ.

Furiosus solo furore satis punitus est. Digest.de offi. præsi.diuus circa princ.

Fiscus & priuatus pari passu ambulant.ff.de pe.hę. l.item veniunt. §.in priuatorum. & ibi glo. Contrà de le. eum eorum. & ibi Bal. C.de sen.& interlo.

Filius non debet portare iniquitatem patris nec hæres defuncti.l.si pœna. ff.de pœ.habetur tamen Exod. 23. contra.ibi. Reddis iniquitatem patrũ filijs & nepotibus vsque ad tertiam & quartam progeniem.

De litera G.

GEnerale dictum generaliter est intelligendum Digest. de ser.vr.præ.l.si seruitus.

Generalitas nõ protrahitur ad futura, nisi exprimatur. ff.de ver.ob.l.si à colon. Et de materia generalitatis

ralitatis recurre ad l.si seruitus. & ibi bona glo. Digest. de ser.vr.præ.

Gratificationi locus est.ff.de reli. & sump. fu.l.fi.

Gaudent breuitate moderni.l.1.quod me.causa. & l.ampliorem. §.in refutatorijs. C. de app. & le.fi.C.de dona.notat. glo.in l.fin.C. de eden.

Generaliter omnis rati habito retrotrahitur, & mãdato æquiparatur. le.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir hære.c. rat habitio de reg. iu.in 6.

Generi per speciem derogatur. l.in toto iure, Digest. de re.iu. & ff.de lega.3.l.vxorem.§. eodicillis.

Generalibus specialia insunt. ff. de ser. vr præ.l.si seruus & ibi vide omnino glo.

Graue est fidem fallere.ff.de const. pecu.l.1.in prin.

Graue est naturam fallere.ff.de inoffi. testa. l.3.

Gallici quia non sunt in potestate parentum, ideo possunt testari etiam de aduentitijs, ita Bart.in c.1.§.fi. de duo. fra. in vsi. feu. Andreas Barba. in ru.de pecul. cle.extra.

Generaliter verba emissa causa commendandi, non obligant dicentem.ff.de ędil.edic.le.sciendum, probè princ.& l.ea quæ.in prin.ff.de contrahen.emp.

Generale tantum valet in omnibus, quantum singulare in singulis.l. si duo.in fin.ff.de adminis. tut.

Generalis clausula non porrigitur ad ea quæ specialiter sunt comprehensa.no.in l. si seruus seruum.§.in quit.ff.ad le. Aquil.& in l.doli clausula.ff.de ver.sing. & not.23.quæst. 1.caue.

Grauiùs est ęternam, quam temporalem lędere maiestatem.C.de hæreti.l.Gazaros.& in ca.vergentis.extra de hæreticis.

Genus mulierum est auarissimũ.ff.ad.Velleia.l. sed si ego.quia nõ præsumitur quòd mulier donet, vt ibi.

Genus clericorum audax debet esse. in aut. de non alie. aut permu.re eccl.§.super hoc autem col.2.

Genus perire non potest.ad le.Falcid.l.in ratione. §.diligenter.ver. incertæ. & C.si cer. pe.l.incendium.

De litera H.

HAbundans cautela non nocet.ff.de neg.ge.l. si pupilli.§. quid tamen & C.de testamen.l. testamentum. in fin

Hæres & defunctus eadem persona censentur:in authen.de iureiu. à mo. præst.col.5.in prin.

Honor est præferendus omni cõmodo pecuniario. C.de instit.& substit.l.reprehendenda.l. Iulianus ff. si quis omis.causa testamen.

Homines sunt faciles ad dissentiendum, quia omnis homo mendax. de pœnit.dist.2.§. vlt.

Hoc possumus quod commodè possumus.l.nepos. Digest. de verb.sig. & xxij. q.ij.faciat.

Humana natura facilè labitur ad delicta.in auth.de mona.§.si verò is quidem. col.1.

Hoc facias alijs, quod tibi fieri vis.l.1.ff.de sol in ver. si dummodo.& in principio libri decretorum dicitur, Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.

Honoris augmentũ non ambitione sed labore vnicuiq; cõtingit.l.sancimus. C. ad l.Iul.repe. quæ est canonizata 1.q.7.ca.per illicitam.

Honestum necessariũ & probabile, æquiparantur, in auth. de referenda circa prin.

Hominis interest hominem beneficio afficere ff.de ser. expor. l.seruus ea circa fi.

Honesti viri debẽt esse in domibus suis de noctæ.ff. de ori.iur. l.2. & quia magistratib. in glo. ex qua hoc colligi potest melius.l. hoc edictum. §. Labeo. de his qui deiec. vel effude.

Hominis gratia Deus omnes fructus fecit. Digest.de vsu.l.in pecudum.& inst. de rer.diuisio.§.in pecudum. ver.partus verò.in fin.

Hosti fides est seruanda xxiij q. 1.noli. de tre. & pac. & l. fi. Digest. de legationibus.

Honesti modus est seruand. nõ immoderata cuiusq; luxuria subsequẽda.l.ex dam.in prin.de dam.infe. §.1.

Homines

Homines recommendandi sunt in sua prouincia. Digest.de ori.iur.l.2.

Hæreditas repræsentat personam domini. l. denique.Digest.quod vi aut clam.§.Nam & sepulchri.versicu. accedit.

Habitus non facit monachum, sed professio regularis, c. porrectum de regu.& transeun.ad reli. in authen.de mona.in prine.

Hominem homini insidiari nefas est. Digest.de iust. & iure.l. vt vim.

Humanum est peccare, sed diabolicum est perseuerare.no glos.in l. consentaneum.C.de quo.& quando iu.super ver.perseuerauerit.

De litera I.

ILla quæ ad vnum finem ordinantur, non debent contrarium operari.C.de leg. & se consul. l. quod fauore,Contra.ff quod quisque iur.per totum. tit. vnde fauore quorundam quod constitutũ est quibusdam casibus.ad læsionem eorum nolumus inuentum videri.vide glos.in d.l.quod fauore.

In maiori summa continetur minor.ff.de verb.obliga.l.§. si stipulanti. & l.diem proferre.§.inde quæritur.Digest.de arbi.& l.inter partes.digest.de iudi.in fi.

Iuuenes sunt habiliores ad quodq; artificium, quàm senes. Digest.de ædi.edic. præcipiunt.

Ignorantia facti excusat:vide suprà.§.error in facto.

In re sua quilibet est moderator & arbiter l.in re.C. man.nisi ipsa re esset inserta obligatio hoc prohibens. l.ex morte. C.de pac.con.

Inspiciendum quod euenire potest l. si idem.ff. de iurisd.omn.iud.in fi.& insti.de re.diuis.§. quæsitum. vide contraria signata per glo.in d.l.si idem.in ver.adiudicari potest.

Inanis est actio, quæ excluditur inopia debitoris l. nam is nullam.Digest.de dolo.

Idem est Iudicium de parte quò ad partem, quod

de toto quo ad totum. Digest. de rei ven. l. quę de tota.

Instar sacrilegij est disputare de principis potesta. te. C. de diuer. rescrip. sacrilegij.

In mora modici temporis non est magnum damnum. Digest. iudi. l. si debitori.

In facto quod se habet ad bonum & ad malum, magis de bono, quàm de malo præsumendum est. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. Quintus.

In generali sermone continetur persona loquentis Digest. de pig. l. Paulus. §. fi. & ibi vide glo.

Ius naturale immutabile est instit. de iur. na. gen. & ci. §. penultimo.

In ambiguis orationibus accipienda est mens proferentis. ff. de iudic. l. si quis intentione ambigua. & l. in ambiguis. Digest. de reg. iur.

Impossibilium nulla est obligatio. instit. de inutili. stipu. §. si impossibilis.

Inter si & cùm non est differentia. l. qui promisit. ff. de condi. inde. Contrà. ff. de verb. obli. in l. centesimis & de lega. 3. fideicommissa §. si fideicommissum.

Ius offerendi preciũ emptoribus datur proximioribus intra annum & diem à tempore contractus connumerandum. ca. constitutus. extra de restit. in integ. quæ sunt verba Leuitici xv. ibi, Si attenuatus frater tuus vẽdiderit possessiunculã suã, & voluerit propinquus eius potest redimere quod ille vẽdiderit. vbi sup.

Instrumenti exemplũ vel copia probat. C. de eden. authent. si quis. nisi per tabellionem auctoritate iudicis ordinarij vel delegati fuerit exemplatum. in ca. fi. extra de fid. instrumentorum.

Illa quæ sunt eadem, non debent diuersis nominibus nominari C. de codicil. l. si idem.

Inter priuationem & habitũ non est dare medium, l. hæc verba. de verb. oblig.

Iuramentum contra bonos mores præstitum, nullius est momenti: vt in authen. scenicas non solũ. col. 5. circa medium.

Impe-

Imperator est dominus totius mũdi. ff. ad le. Rhod. de iac. l. deprecatio. quod est verum, totius vniuersitatis, non autem rerum singularum, de quo per scribentes in l. benè ã Zenone. C. de quadri. præscript.

Infinitum in iure reprobatur. de rescript. cum in multis. lib 6.

In multorum honestissimorum virorum prædijs lupanaria exercentur. l. an cillarum. ff. de pe. hæred.

In confitentem nullæ sunt partes iudicis, nisi vt ferat sententiam: vt l. proinde. in fi. Digest. ad l. Aquil.

Infames nõ debent esse aduocati seu procuratores. l. 1. ff. de offic. assess. & in l. si milites. §. si ignominia. de excu. tu. ff. & ibi Bald. & hoc verum de iure canonico sed iure ciuili sic. instit. de excep. §. fin.

Ignoratis principijs ignoratur & ars siue principiatum. in authent. de non alienan. §. scimus. in fi. col. 2. Et nota per Dynum in cap. nullus pluribus. de reg. iur. in 6.

Iussus principis facit aliquid licitum, qnòd aliàs esset illicitum. ff. de nupt. l. non est matrimonium. & ib. per glo. & l. quoniam iudices. & ibi per glo. C. de app. & cap. quod quis mandato. de regu. iur. in 6. & in l. 1. non videntur. §. qui iussu. Digest. de reg. iur.

Id non est constantis & boni iudicis, cuius animi motũ vultus detegit. ff. de offi. præsi. l. obseruandum.

Illud videtur abesse, quod abfuturum est. ff. de lega. 1. l. planè §. quòd si rem.

Iudex non potest mutare pœnam à lege statutam: l. fi. ne sanctum bap. iteretur. C.

Inter æquales non est ordo præcedentis & sequentis. C. vnde legitimi l. nepotibus.

Iniquum est aliquem suæ rei esse iudicem. ff. de iudi. l. Iulianus. Contrà, quia nemo ad iudicium iterùm debet citari, nec sibi creditur quamuis dixerit non venire.

In incertis, non certus locus est coniecturis. de verb. oblig

oblig.l.continuus.§.cùm ita stipulatus sum in fin.

Inter artifices longa est differentia.ff.de sol l.inter artifices.

Illa quæ communi iure procedunt,validiùs ad suum procedunt effectum, quàm illa quæ iure speciali. C.de abol.l.1.

In necessitatibus nemo liberalis existit, l.rem legatam.ff.de adi.leg.not. gloss.in cap.sedes apostolica.de rescriptis.

In illicitis non est parentibus obediendum.l.ad ea. Digest.de reg.iur.

Iuramentum non facit licitum, quòd aliàs est illicitum.C.de non nu.pec.l.fin.

Idem est iudicium de loco, & de tempore,l vinum ff.si cer.peta.

Interitu speciei promissor liberatur.ff.de verb.ob. l.si ex legati.

Impersonalitas vitiat contractum in auth.si quando.C.de const.pec. & ibi dicitur, quòd in generali sermone non continetur persona loquentis.

Idem est iudicium episcopi & officialis,c.2.de consuetud.lib.6.

Iustè possidet,qui auctoritate iudicis possidet.l.iustè.ff.de acqui.poss.

Illud possumus, quod de iure possumus, l. nepos Proculo.de verb.sign.& 22.q.2.faciat homo.

In pari causa melior est conditio possidentis.l.2.C. quod me.cau.& l.si ob turpem. ff.de condicti.ob tur. cau.Bal in l quotiens 1.C.de fideicommiss.Spe.in titu. de leg.§.quid si actor.facit.l.in hæredem.ff de calum. bonus. textus.in l.2.C.de condi.ob.tur.cau.

Inter pares inuidia regnat.not gloss.ff. quod me. cau.l.si cum exceptione §.eum qui.

Iudex debet iudicare de illis de quibus cognouit.ff. de iudi.l.de quare.

I. dex debet iudicare secùndum allegata & probata.

l.illicitat.ff. de offic. præsi. in.§.veritas.ca.si sacerdos. extra.de offic.ordin.

In contractibus non interest cuius pecunia res ematur sed cuius nomine.l. non vnde originem. C. si cer. pe.fallit in casibus contentis in his versibus.

Fit res dotalis nummis dotalibus empta.
Fitque pupillaris nummis res empta pupilli.
Et ne conuertas, idem de milite dicas.

Hos versus ponit glo.in versic. nominatim. in cap. 1.§.& quia vidimus.in tit.de his qui feu.dare possunt. in vsi.feu.

In re communi potior est conditio prohibentis.ff communi diui.l.Sabinus.xxxiij.q.vj.ff.de ser ru.præ l.parietem.hęc regula fallit in casibus notatis per glo in cap.in re communi.de re.iur.lib. 6.

In baculo inest dolor Digest.ad le.Aquil.l.si ex plagis.§.tabernarius. Alij legunt, in quo dolo. inerat. Vide Alexandrum ab Alexan.lib.4.ca.15.

Illud quod debetur in genere, non potest perire C. si cer.pe.l.incendium.& suprà §. contractus.

In summis quod minimum est videtur esse promissum. Digest.de verb oblig. si ita stipulatus fuero decẽ. & l. inter stipulantem.§. stipulanti.

Iudex debet habere æquitatem præ oculis.ff.de eo quod cer.lo.l.quòd si Ephesi. & supr.§.æquitatem.

In delictis non haber locum exceptio in quantum facere posset.ff de re iudi.sed hoc ita.§. quod autem.

Iudex semel functus suo officio, siue benè siue male, non potest amplius fungi.Digest.de re iud. l.iudex.

Iudex de his quæ rarò fiunt,reputat miraculum,in authentico de consuli.col.3.§.à Marciano.

Iudex non potest suos subditos compellere, vt in eũ compromittant. Digest.de arbi.l sed si in seruum.§. si quis iudex & ibi vide glo.omninò.

In culpa est qui primò percussit. Digest.ad le.Aquil. l. si ex plagis.§.tabernarius.

In habentibus symbolum facilior est transitus. ff.

de

de rei vendit l.in rem,§.quæcunque.

Iuris auctoritas aliquem excusat,| cap.inter alia,de senten.excom.

Ignorantia cunctorum errorum mater est,38.dist. ignorantia.

Ius honorarium quasi viua vox iuris ciuilis est,ff.de iust.& iur.l.nam & ipsum.

Iudicem precibus ad petitionem alterius partis cõstituere non oportet. Digest.de iudi.l. obseruandum. Contra,C.de litis contest.authentica, offeratur.& ca. iudices,11.q.1.Solut.aut pars est præsens,& habet locũ l.obseruandum,aut est absens, & loquuntur contraria:& ita seruatur in curia Romana, prout dicit gloss. in d.l.obseruandum.

In toto pars continetur,ca.in toto, de re.iur.lib.6. & colligitur in l. vaccæ,Digest. de euic.& ff.de except. rei iu.l.si quis.

Ius publicum pacto priuatorum immutari nõ potest,ff.de pac.l.ius publicum, & vide ibi glo. ponentẽ exemplum circa istud Brocardicum.

Impunitas continuum effectum tribuit delinquẽdi C.de fur l.si quis in fin.ca, vt clericorum,& vit.& ho. clericorum.

Initium spectandum est, ff. de his qui no. infa.l. quid ergo,in prin.

Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non potest, ff.de procu.l.ignorantis.

Id in quo quis obligatur,sibi adesse videtur, Digest. de ne,gest.l.si quis mandatu.

In precio emptionis & venditionis licitum est naturaliter contrahentibus se circumuenire,ff.de min. 25 annis,l. in caus. 2.§. idem Pomponius & pulchrè habetur in l. item si precio §. quemadmodum,& ibi pulcerrima glo.Digest.locati.

Idem continet vsus & vsusfructus, Digest.de vsufr. ea.re.quæ vsu consu.l.proinde.

In præscribenda libertate necessarium est factum vtentis

vtentis ff.de ser.vr. prædi. l.hæc autem.

In vrbanis prædijs, medium prædium, quod non seruit,non impedit seruitutem. ff.communia præd.l. in tradendis.

In rusticis prædijs medium predium, quod nõ seruit,non impedit seruitutem.ff.eo.l.3.

In suo facit quilibet quod vult,nõ in alieno, Digest. si ser.vendi.l.sicut in fin.

Imputandum est ei,qui seruos noxios habuit.ff.ad le.Aquil.l.si seruus.

In homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest.Digest.de his qui deie vel effude.l.fin.

In familiæ herciscundæ iudicio, idem & actoris & rei partes sustinet, Digest.famil.herciscl. per familiæ. §.in familiæ.

Iudicium familiæ herciscundę non potest quis nisi semel intentare.ff.famil.her.si filia.§.familiæ herciscundæ iudicium,& hoc verum, nisi causa cognita.

Idem est negare,tacere, & obscurè respondere,ff. de interroga. ac l.de ætate.§.nihil interest.

Iustum est eum teneri, qui princeps fuerit delicti. ff.de seruit.l. in hoc iudicio.

Iusiurandum pro veritate accipitur.ff.de iureiurando.l.sed & si possessori.

Interest potiùs nostra non soluere, quàm solutum repetere.Digest.de compensat.l.3.

In contractibus ambigua verba cõtra proferentem sunt interpretanda,ff.de contrahen.emp.l.Labeo 1.& ff.de pact.l.veteribus & ff. de euic.l.qui libertatis.§.1. Contra ff.loca.l.in lege & ff. de contrahen.empt.l.si emptorem in prin. Solutio. hoc ideò est,quia fuit pactum appositum per emptorem.

Inconstantia permittitur, ff.de actio.empti l.si sterilis.§ qui domum in gloss.in ver.voluntatis.Contra, de l.in causæ in prin.ff.de procur.vide ibi glo.

Indefinita æquipollet vniuersali, ff. de lega.2.l.si pluribus,& ff.de auro & argento, lega.cùm aurum,&

cap.

cap. ex parte. 2. de offic. de lega. & c. pastoralis. de dona

In alternatiua est electio debitoris. in Spe. ca. de cita. §. 3. versi. fit ergo.

Iuri pro se introducto quilibet renunciare potest. l. si quis. C. de pact. Contra de. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omnium iudic. & vide fallacias quas patitur hoc Brocardicum per glossam in dict. l. si quis in conscribendo. C. de pact.

De litera L.

LEges nobilissimos aperiũt thesauros. §. nos verò. in proœmio digestorum.

Liber homo non recipit æstimationem. Digest. de his qui deie. vel effu. l. si.

Legis non trahuntur ad præterita negocia, sed ad præsentia & futura. C. de legib. l. leges & constitutiones. & Digest. eodem tit. l. cum lex.

Legatum debet adferre emolumentum quoddam Digest. de leg. 3. l. qui concubinam.

Lex generaliter loquens non extenditur ad casus contrarium spectantes. l. nemo. C. qui testa. fa. pos.

Ludus noxius in culpa est. ff. ad leg. Aquiliã l. nam ludus. & vide glossam dicentem non esse ludũ, ex quo crimen oritur.

Litigatio facit omnes esse pares possessores. l. sed & si. Digest. de pet hæ. in. §. si ante litem.

Licitum est inimico facere damnũ nedum in corpore, sed & in rebus. Instit. de rerum diuisione. §. item ea quæ ab hostibus.

Longissima vita hominis est centum annorum. l. fi. C. de sac. sanct. eccle. §. & nobis quidem.

Lites ex litibus non debent orirı. l. quidam existimauerunt. Digest. si cer. pe.

Lata culpa dolo æquiparatur. ff. si mensor fal. modix. l. 1. & l. quod Nerua. Digest. depo.

Libertas est inæstimabilis. l. libertas. ff. de reg. iur.

Licet in stipulationibus, legatis, fideicommissis, & mortis

mortis causa donationibus iusiurandum remittatur, non tamen remittitur conditio, ff. de condi. inst. l. quę sub conditione, §. si quis sub iurisiurand.

Legatum relictum, sub vna conditione ademptum videtur esse relictum sub contraria conditione, le. aliquando Digest. de cond. & demon.

Lèges sanctissimæ, quæ constringunt vitas hominũ ab hominibus sciri debent & obseruari. C. de legibus. l. leges sacratissimæ.

Lex quamuis dura seruanda est, l. prospexit. ff. qui. & à qui. & not. glo. in verbo damnatus, in fi. l. athletas ff. de his, qui no. infa.

Legum oratores discipuli per legem efficiuntur ditissimi in proœmio. Digest. §. nos verò.

Legum auditores, noui Iustinianei nũcupantur in proœmio. Digest. §. in reliquam.

Licet furiosus vxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. Digest. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. patre furioso.

Lege cauetur, vt quod iuris est in principali, & in accessorio sit. ff. de acceptilat. l. & si iusiurandum. §. si fideiussori facit optimè, l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procu.

Leui præsumptioni non est standum. Digest. de minor. xxv. ann. l. denique. § idem tamen confitetur. & ibi vide glo.

Licet res peruenerit ad eum casum, in quo incipere nõ potuit, nõ propter hoc vitiatur. ff. de iud. l. secus & l. si quis. Contra. de l. huic, cũ l. seq. ff. ad l. Aquil.

Licet testatmentum rumpatur legatum & libertas debentur. ff. de inoffi. testa. l. cùm mater.

Licitum est negligere rem suam. ff. de pet. hæ. l. si quid possedr. §. sicut autem.

Longè commodiùs est possidere, quàm à possidente petere. ff. de rei ven. l. is qui destinauit.

Leuis castigatio duntaxat permissa est docenti. ff. ad leg. Aquil. l. sed & si in fi. l.

Licitum est purgare moram.ff.de consti.pec l.sed si alia contrà de l.magnam.ff de contrahen.& commit. stipul.Solut.contrarium loquitur quando stipulatio. est pœnalis, aliud verò loquitur, quantum ad interdictum.

Libellus debet offerri iudici & per Iudicem Aduersario dari. C. de litig.l.2.& authentica litigiosa.vide.C.de li.contest.authentica,offeratur.Et nota quòd aliquando offerentes libellum super rei vendicatione implorant iudicē,vt interroget Aduersariū vtrū possideat,vel dolo desierit possidere:quia si nō possideret, talis actio contra ipsum esset inutilis.extra de iudi.examinata. insti.de interdict.§.retinendæ.Si verò neget se possidere,& tu possis probare.quòd possidet,& cautè velis agere, non debes intentare interdictum retinendæ: sed vt de mendacio puniatur. & fiat de possessore petitor.ff. de rei ven.l. petitor,& est duplex libellus. scilicet conuentionalis, & actualis. Primus in ciuilibus secundus in actualibus habet locum. In primo debet contineri nomen actoris,rei,& iudicis coram quo litigatur,& res quæ petitur,& dies in quo libellus datur. Vnde versus.

Quis, quid, coram quo,quo iure petatur,& in quo:
Rectè compositus quisque libellus habet.

De libel. ob in prin.In secūda verò debet contineri nomen actoris, rei, iudicis, & crimen de quo agitur. & quandoque persona cum qua crimen commissum esse dicitur:& locus in quo, & dies accusationis. & professio accusatoris coram iudice,& mēsis,in quo est cōmissum crimen.dies & hora.tex.in ca.per scripta.2.q.3.vide ibi.

Licet consuetudo sit magnæ auctoritatis, nunquā tamen præiudicat veritati aut legi in c. cum causa.extra de senten.& re iudicata.nisi fuerit legitima & prę scripta: vt in ca.vl.de consuet.

Lex animata in terris est Imperator. in authent. de consul.§. pen. & ideo legū pater est & anima.in authent.

ment.de incestis nupt.§.dubitatum & Romanus Pontifex omnia iura in scrinio pectoris censetur habere.& 1. de consti.in 6.

Leges inuocare non debet.qui in leges committit. Digest. de minor.xxv. an.l.auxilium in fi.

Lex debet fieri de bono & vtili & difficili. le.quòd Labeo. Digest. ad Carbo.

Legum correctio est euitanda.ca. cum expediat.de elect.lib.6.& vide §.correctio suprà.

Lex non debet imponi verbis,sed rebus,l.2.C.communia.de l.in fi.

Licet vnicuique sanguinem suum redimere,per fas & nefas.l.fi.ff.de bo.eo meliùs.C.de trāsac.l.transigere. 2.q.3.§.notandum.ff.de bon.eo.qui ante senten.sibi mor. consci. l.1.sic & honorem suum,vide optimā glo.in ca.ex pœnitentibus l.dist.

De litera M.

MOs & consuetudo regionis seruandus est.ff.de ven.inspi.l.1.§.fin.meliùs viij.dist.quæ contra mores.& C.de ædi.pri.l.an.in totum vbi dicitur quod iudex seruabit ea quæ in eodem oppido frequenter seruata sunt: & legatus seruabit consuetudinem prouinciæ. Nam magni existimant prouinciales sibi seruati consuetudines suas.ff.de offi. proconsul.l. obseruare.ff.de test.l.3.in fi. Contrà videtur quod iudicabit secundum ius Romanum.inst.de satisda.tu.§. vlt.& extra de senten.& re.iudic.in causis & 25.q.2.seruatis. Pro solutione vide glo.in cap. illud breuiter. 12. dist.quia ista non sunt diuersa,sed aduersa.

Magis est inspiciendus sensus, quam scriptura.C.de li.præ.l.3.

Malitijs hominum est obuiandum.ff.de rei ven.l.in fundo.vide tex.& glos.in ca.vt circa de elect.lib.7. extra de rescrip.ca.plerunque.§.constituimus.

Morte mandātis expirat mandatum, insti. man §. item si adhuc. & capit.relatum.& cap. gratum. de officio deleg.

Malè meritus egestate laborare debet, le. bona ff. des. §. nam malè meritus, circa prin. Digest. de poss.

Minor xxv. annorum non potest esse procurator. Digest. de procu. l. quòd si minor.

Mutuum est contractus celebratus traditione vera & non ficta rei consistentis in numero pondere vel mensura cum spe recipiendi idem in genere suo, secũdum Bart. in l. 2. Digest. cer pet.

Maior pœna est, inter homines esse, & hominum carere suffragijs, quàm ab his penitus separari. C. de apostat. l. hi qui sanctam post prin.

Maius impedimentum est naturæ quã accidentiũ. instit. de adop. §. illud.

Minus est habere actionem, quàm rem. l. minus. ff. de re. iur.

Mitiùs agitur cum lege quàm cum ministro legis. not. glo. in l. Celsus ff. de arbi. Contra, C. vt intra cert. temp. l. 1. & C. qui accu. non poss. l. 3.

Masculinum concipit fœminium. l. 1. ff. de consti. pec. & ff. de lega. 3. l. seruis legatis.

Magis punitur seruus quam liber ex eodẽ delicto. ff. de iniurijs, & fa. lib. l. Pedius xxiiij. quæst. j. quæ contra facit in authen. vt iud. sine quoquo suff. fiant. §. sciat enim in glo. in verbo non in paruis.

Maiori parti standum est leg. duo ex tribus. ff. de re. iur. & extra de his quæ fi. à ma. parte ca. c. 1 & fi.

Melius est in tempore occurrere quàm post causam vulneratam remedium quærere. C. quando liceat v. nicuique sine iud. l. j.

Malos mores infirmitas animi non excusat. C. si ad uersus delic. l. j.

Malitia supplet ætatem. C. si mi. se ma. di. le. iij. & ar. c. vlt de despon. impube.

Media via est elegenda. ff. si pars hær. pe. le. antiqui. & in authentico de consulib. §. à Marciano. & ibi glo. dicit, medium tenuere beati, allegans dictum Ouidij de filio Icaro: Medio tutissimus ibis, & institu. de rer. di. §.

di. §. cùm pars. ibi. placuit media.

Mors est hominis vitæ finis & terminus, in authen. de hære. & fal. §. & nullus col. 1.

Mors omnia soluit, in auth. de nuptijs. §. deinceps. colla. 3.

Maius gaudiũ est in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui non egent pœnitentia. vt ff. de mino. l. 3. §. sed an. hoc auxilium. in glo. in verbo excepta. & est verbũ euangelicum Lucæ. xv.

Melius est vt aliquis seipsum corrigat, quàm vt expectet seipsum ab alijs corrigi. in auth. de nupt. §. 1. in versic. non enim erubescimus.

Mala herba citò crescit. not glos. leg. 2. C. de his qui ve. ætat. impetra. in ver. octauumdecimum.

Multitudo onerosa nihil habet honesti. in authentico de referenda. §. col. 2 Contrà in de ca. extra conscientiam. lxiiij. dist. & per ca. prudentia. extra de offic. de leg. vbi notatur quod integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. & C. de fideicommis. l. vl. vbi not. quòd per ampliores homines perfecta veritas reuelatur. Sed ista non sunt diuersa, sed aduersa.

Multa propter importunitatem petentium conceduntur, quę aliàs non conceduntur. in l. 1. C. de pe. bo. sublatis. li. x.

Maleficia non debent remanere impunita. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. prope. fi. magnum enim peccatum est parcere nocentibus. nam Deus vindicta eorũ mitigatur.

Mens est potiùs attendenda quàm verba legis. l. scire. Digest. de excu. tut. & lego scire. Digest. de legi. &c. humane. 22. q. 5.

Mulieres coruscant radijs maritorum. in authentico de consul. §. si autem. col. 4. nam fœminæ nuptæ clarissimis personis, clarissimarum personarum nu-

mero censentur.ff.de sena.l.fœminæ.& C. de digni. l. mulieres.lib.12.optime de incolis.l.mulieres li. 10. vbi dicitur quòd mulieres ex persona maritorũ sortiuntur dignitates & forum &c.

Melius est partem habere, quàm toto priuari.inst.ad le. Fal.§.ex diuerso.

Melius est pauca idoneè & cautè, facere, quàm multis interesse periculosè.in auth.de tabel.§. & non fingant.col. 4.

Melius est & sanctius, maximè in ordinatione sacerdotum, paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam dilabuntur. c. cum sit ars artium. extra de æta. & qualitate ordi.

Multa transeunt in vniuersitate, quæ per se nõ trãsirent l.in modicis.ff.de contrahen.emp. ca. ex literis. extra de iur.pat.

Magis statur dictis vnius affirmatiuè, quàm plurib. negatiuè. not.in glo.l.diem proferre. ff.ne arb. in ver. consenserunt.

Mala electio est in culpa.ca.de cætero.14.di.

Mala exempla non sunt sequenda.ff.ad Mace.l.1.in glo. in ver.pessimo.

Metu pœnarum homines retrahuntur à delictis. C de ser.fug.l.cum seruum.iuxta illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni vi. tutis amore.

Horatius ff.de iust. & iur.in prin. lxij. dist. docendus.

Melioris conditionis non debet esse stultus, quàm peritus ff.quod vi aut clam.l.seruus.& capit.eum qui. de præben.lib.6.in text.ibi, non enim decet vt stultus melioris quàm peritus conditionis existat: vel quòd inuasor eo quòd iniustè ingreditur, priuilegio gaudeat potiori &c.

Magis succurritur certanti de damno vitando, quã de lucro capiendo.C.de iur.del.l.fi.

Mendacium est falsa significatio vocis cum intentione

tione fallendi.ff.de interrogato.ac.le.de ætate.§.si cũ esset in glo.in ver mẽdacij. & c. beatus Paulus in §. ille ergo.22 q.2.vbi dicitur quòd non mentitur qui animum fallendi non habet.

Mala simpliciter, sunt magis detestanda quàm mala secundum quid.ff.de contrahen.emp.l. quod sæpè. §.veneni mali.

Multa impediunt contrahenda, quæ nõ dirimunt iam contracta.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Malè actum semper præsumitur iniuriosè esse actum.ff.ad legum Aquil.l. si quis.

Magis dignũ trahit ad se minus dignũ. de præben. ca.1.li. 6.& de consecra.eccle.vel alta. c.vnico eo.li.

Manifesta non indigent probatione.2.q.1.manifesta vbi dicitur quòd in manifestis ordo iudiciarius nõ requiritur. e.q.c.manifesta.& not.ibi glo.optimã quæ loquitur de notorio, fama, & occulto super ver.manifesta.vide eam quia est singularis.

Multò vtiliùs est pauca effundere idoneè quã multis inutilibus homines grauari.l.2.C.de vect.iu.enu.§. sed & quid.

Melius est omnia mala pati, quàm malo consentire. 22. q. 5. c. 1. & c. si quis coactus. Contrà, si propter necessitatem aliquid fit, videtur quòd licitè fit, quia quòd non est licitũ.in l.necessitas facit licitum de reg. iu.quòd non est licitum.Item necessitas non habet legem. de consecrnt. distinct. 1. sicut. Solutio. necessitas quæ reperitur in auctoritate, vt necessitas vitæ excusat. vt extra de fur. si quis per necessitatem de consecratio.distin.5 discipulos. Sed in alijs criminibus, vt in adulterijs & cæteris nõ excusat necessitas.ff.de ri. nup. palam.§.not.est. Nam potiùs debemus quælibet male pati, quàm huic malo consentire: vt suprà.

Manumissio est libertatis datio.ff. de iustit.& iur. l. manumissiones.

Mos antiquorum seruandus est. ff. de iurisd.omniũ

iudi. l. more. Nam constitutiones patrum, singularis opinionibus sunt præferendæ. ca. ne innitaris. extra de consti.

Modica refectio ad vsufructuariũ pertinet. Digest. de vsufru. l. hactenus.

Mens & propositum facientis debet inspici. C. ad le. Cor. de sica. l. 1. & ff. e. l. diuus. quia voluntas & propositum distinguunt maleficia.

Malitijs hominum fauendum non est. ff. de ser. cor. leg. 1. §. persuadere. quia non debet malitia augeri mẽtiendo.

Medium trahit duo extrema. Digest. de ser. rust. præ. le. qui sella.

Mendacium punitur ff. de euic. l. qui alienam. & ff. de stat. li. l. si decem. Cõtra de l. fundum. §. fi. ff. de euic.

Modestiùs facit qui refert, quàm qui iurat. Digest. de constituta. pec. l. illud.

Modicum tempus dicitur decem dierum. Digest. de consti. pec. l. promissor.

Minus tribui videtur, & si nihil tribuatur. Digest. de tributo. l. illud §. minus.

Mortale peccatum non dimittitur dimisso veniali, sed non contrà: quia mortale opponitur charitati, veniale feruore charitatis extinguitur: vt notatur per Io. An. in proœ. 6. sublato verò priori tollitur posterius. sed non è conuerso. in gloss. in proœ. li. 6.

Melius est nocentem non punire, quàm innocentẽ condemnare. l. absentem. Digest. de pœnis.

Memoria hominum labilis est. C. de vet. iur. enucle. lib. 1.

Meum est, quod pro parte meum est. Iulianus. 2. ff. de iudic. & dicit. l. si vt proponis C. de ædif. priuatis. si socius recusat contribuere ad refectionẽ domus communis, elapsis quatuor mensibus portio sua in socium reædificantem transfertur, vel contra ipsum ad interesse agitur.

De litera N.

NOn sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est in cle. cupientes. §. 1. de pœnis. & xxij. q. v. de forma.

Non sufficit allegare in iudicio, nisi allegata probentur. C. de libertis, & eodem libr. l. si manumissione. Contrà. C. de probat. l. siue possidetis. Solu. In contrario erat præsumptio, quòd ille qui fuit heri dominus, adhuc hodie sit dominus, vel hæres eius.

Nihil videtur factum, dum aliquid restat agendum C. de his qui. vt indig. l. pe.

Nihil dat, qui nihil habet. Digest. de acquiren. re. do. l. traditio.

Non præstat impedimentum, quod iure non sortitur effectum. Spec. in tit. de testi. versi. quid si compertum. l. pactum. C. de colla.

Non refert quid exæquipollentibus fiat. C. de do. quæ sub modo vel condi. l. fi. Et de condi. inst. l. si mater. Contrà. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem.

Nomina debent esse rebus consonantia. inst. de dona. §. est & aliud. Cõtrà, quia infans fari potest: & motus etiam secundum Grammaticos dicitur à mouendo, & tamen moueri non potest.

Non videtur factum, quod non durat factum. ff. de in rem. ver. l. si pater §. versum.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. C. de probat. l. neque natales.

Nihil est simile sibijpsi. Digest. quod iussu. l. 1. §. sed ego in glo. in ver. sed ego.

Nemo potest contra proprium iuramentum venire: & vide de hoc notabiliter in cap. in his. 11. di. & in c. 1. de cler. non resi. lib. 6. & facit. l cum quis decedens Digest. de le. 3.

Nemo cogitur res suas vendere, etiam iusto precio. ff. re. amo. l. nec cum. & C. de contrahend. empt. l. inuitum. & ibi amplissima glos. quæ allegat concord. & ponit multas fallacias. vide illam glos. & vide l. negociatores

eiatores. C. de epi. audi. vbi cogitur quis vendere rem suam quia domo principis est necessarij.

Nemo debet ex eodem facto pœnam & præmium reportare. ff. de nego. ge. l. siue hæreditaria. & ibi vide glo. fin.

Nihil dolosus doloso, nec arenarius arenario. ff. de dolo. l. si duo. in glo.

Necessitas non habet legē. C. de patri. qui fil. distra. l. 2. de consecr. di. 1. sicut & vide de hoc supra in. §. melius est omnia mala pati, quàm malo consentire.

Nimia subtilitas reprobatur. vide de hoc in cap. dilecti. de iudi & in c. capellanus de ferijs. & l. 1. C. de formulis. & l. si qui. in fi. C. de institut. & substitut.

Nuptiæ replent mundum, virginitas paradisum. facit pro primo in authentico de nupt. in prin. pro secundo est optima glo. in c. causam matrimonij. in ver. penul. de proba. De ambobus est tex. clarus. xxxij. q. j. c. nuptiæ Et facit optimè in authentico de leno §. sancimus. col. 3.

Nō sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. no. glo. in l. qui sub prætextu. C. de sac. san. eccle. & in cap. magna. ne cle. vel mo. Contrà. 32. q. 4. dixit Sara.

Non desinit esse, quod nunquam fuit. l. Titio. ff. de condi. & demon.

Nihil tam studiosum in rebus inuenitur, quàm legum auctoritas quæ diuinas & humanas res disponit, & omnem iniquitatem expellit. C. de vet. iu. enu. l. 1. in princi.

Non valenti agere non currit præscriptio. C. de annali. excep. l. 1. §. nec autem imperfecta.

Nullus debet agere actione de dolo, vbi alia actio subest. Digest. de dol. l. 1. §. 1.

Non est dare honorem sine onere, insti. de iur. na. l. sed & quod principi. in glo. in ver. populus.

Non omnium ratio reddi potest. ff. de legib. l. non omnium.

Non possum alienare quod meum nō est. ff. si cer. pet.

pet. l. eius. in. §. quas verò pecunias.

Nisi pueri velint se corrigere verbis debent castigari virgis ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. de plano autem in fin.

Non distinguemus, vbi lex non distinguit. l. præses prouinciæ. Digest. de offic. præsi. in fi. & ibi glo.

Nihil est tam contrarium consensui, quam error qui imperitiam detegit. l. si per errorem ff. de iurisdic. omn. iu.

Nihil scientiæ legalis debet remanere incognitum. in procœmio. ff. §. itaque. ver. & vos quidem in memoriam.

Non refert an quis voluntatem suam declaret verbis, an rebus ipsis vel factis. ff. de legib. l. quibus causis. §. nam quid interest.

Non debet calamitas matris ei nocere qui in vtero est. ff. de sta. ho. l & seruorum. §. ingenui.

Non refert an aliquid non fiat, vel non benè fiat. l. quotiens. & ibi glo. ff. qui satisda. cog.

Non potest quis gladij potestatem sibi datam vel ius coercitionis ad alium transferre. ff. de offi. procon. l. l. solent. in princ.

Non est spectandum quid Romæ factū est, sed quid fieri debeat. Digest. de offic. præs. l. sed licet.

Nuda pactio obligationem nō parit sed exceptionem. ff. de pact. l. iuris gentium. §. sed cum nulla.

Nemo alienæ litis legitimus defensor sine satisdatione intelligitur ff. de procu. l. qui proprio nomine, §. qui alium defen.

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.

l. in hæredē. ff. de calum. in glo. in ver. extorqnebitur.

Nemo delictis exuitur, quemuis capite minutus sit. ff. de capi. di. l. pertinet. §. nemo.

Nemo debet esse iudex in causa sua. ff. de recep. arb. l. si de re sua. quæ est pe. & C. ne quis in sua causa. &c.

Nulli magis salutem Reipublicę tueri creditum est, quàm Cæsari. l. 3. ff. de offic. præf. vig.

Non

Non est magnum damnum in mora modici temporis.ff.de iudi.l.si debitori. Contra hoc facit illud elegans dictum Ouidij.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu quæ valuere ruunt.

Ita glo.in d.l.si debitori,in ver.damnum.

Non debet dari occasio delinquendi.in cle.1. & ibi Car.de testa.in glo.& c.2. & c. ne capitandæ. de concess. præben. in 6.

Non est absurdum aliquem pro parte intestatũ videri.ff.de inoffi.testa.l. nam & si parentibus Cõtrà de hære.instit.§. & nõ autem.Sol.contrarium habet locũ in principio:aliud verò ex post facto admittitur,secũdum glo.in d.l. nam & si.

Nemo prædo est qui precium numerauit.l. etiam. Digest.de pe.hæredi.§.si quis sciens.

Non videor amittere quod habeo,quod tamen nõ credo me habere.l. mater decedens.§. cæterùm. & ibi glo.in ver.competere. Digest.de inoffi testa.

Non puto hunc esse prædonẽ qui dolo caret quamuis in iure errauerit ff.de pet.hære.l. sed si.§. scire autem.in fin.

Nauis ad hoc parata est, vt nauigetur. ff. ne vsufru. l. arboribus.& nauis.

Non potest quid incipi ab eo casu quo debet finiri, C.de dona.ante nup.l.quod sponsæ.

Non enim strictè voluntates defunctorum sunt interpretandæ. Digest. de vsu & habita. l.plenum.§.sed neque lana.

Non enim fauet ius delicatorum votis.ff. de serui.l. vt pomum. in glo.1.Contrà, ff.de aqua cott. & æsti. l. hoc iure.in princip.& ff.quod vi aut clam. l. competit.§ 1.Sol.ius non fauet delicatis vt imponatur seruitus prædialis,sed benè,vt imponatur personalis.ff.de vsufru.l.si quis.

Nulli res sua seruit. Digest.de ser.vr.prædi.l.in re.

Non est idem iuris de parte quò ad partem,& de toto quò

to quò ad totum.ff.de ser.vr. præ.l. per fundum Contrà.Digest.de administra.tu.l. si duo. & de hoc dic.vt. Digest.de vsuris.l.qui fecit in princ.

Non enim sicut viuentium ita & defunctorũ actus suspendi receptum est.Digest.communia prędio.l.fin.

Non statur iudicio maioris partis. Digest.de ser. ru. præ.l.per fundum.in glo.

Neque acquiri libertas neque amitti seruitus pro parte potest.Digest.de ser.ru.præ.l.vnus ex socijs.

Non potest vsucapere libertatem ædium tuarum vicinus tuus,qui ius tuũ interpellauit.ff.de ser.ru.præ. hoc autem secus in rusticis,quia sufficit non vsus. ratio quia in vrbanis samptus præcedit secus in rustica: & ideò difficiliùs contra eam præscribitur.

Non potest alijs iniuriam fecisse dici, quod sensu caret.Digest.si qua.pau.fe.di.l.1.

Non est ludus, ex quo crimen oritur. Digest.ad le. Aquil.l.nam ludus noxius.in culpa est.

Non est nouum, vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale verbum subijciat quæ specialia complectuntur.Digest.ad le.Aquil.l.si seruus.

Versus.

Nam tua res agitur,paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Isti versus notãtur in glo.super verbo,extinctus.in l.si quis fumo.Digest.ad l.Aquil.

Nullum est pignus,cuius persecutio negatur, secus in vsufructu donec tempore pereat.ff. de noxalibus.l. si noxale.

Non potest ex vno & eodem iudicio res iudicata in parte valere,& in parte nõ valere.ff.fami.her l. in hoc iudicio.

Non oportet laudando augeri malitiam. ff.de ser. corr.l.1.§.sed vtrum.ver.non enim.

Nihil refert,an res proprio nomine appelletur,an digito ostendatur.Digest.si.cer.pe.l.certum est.

Natura

Naturalis obligatio iureiurando tollitur. ff. de iureiu. l. fin. §. eam rem.

Nemo inuitus remanere in societate cõpellitur. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. §. si centum 1.

Nemo debet locupletari cum iactura aliena. ff. de condi. indebi. l. nam hoc natura.

Non vitiatur aliquid licet veniat in eum casum à quo incipere non potuit. ff. de consti. pe. l. item illa. §. 1. in glo. in ver. constituendo. Contrà. ff. de his quę nõ scrip. ha. l. 3. Sol. contrarium loquitur antequam casus superuenerit. aliud loquitur in actu iam in esse producto.

Nemo intelligitur esse in peculio suo Digest. de pecul. l. deposui. §. Stichus.

Non videtur versum nisi duret versum. ff. de in rem ver. l. si pro parte. § planè. versi. versum.

Non licet errare in proprio facto. Digest. ad Velle. l quanquam.

Nemo ex cõsilio obligatur. ff. man l. 2. §. tua autem gratia. instit. eo. & benè per glo.

Nihil enim facit error nominis, cũ de corpore constat. ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. § planè.

Non licitum est variare. ff. de leg. commissoria. l. si fundus. §. eleganter.

Non certiorari debet qui non ignorauit. Digest. de ac. emp. l. 1. in fin.

Non intelligitur traditum, quod iure potest reuocari. Digest. de ac. emp. l. ratio (aliàs datio) in princ.

Non est verisimile quòd aliquid inferat violentiam alicui potenti. ff. quod me. cusa. l. fin. nam potentioribus pares esse non possumus. l. e. iij. ff. de ali. iudi. mu. causa fac. ergo nec eis violentiam inferre possumus.

Nihil est adeò firmum, quin rumpatur. in authentico de nup. §. nuptias. coll. 4.

Nomina & verba transposita idẽ significant. l. quidam. Digest. de penul. lega.

Noxa caput sequitur. instit. de noxa. ac. §. omnis.

Nobilior

Nobilior præsumptio est attendenda. ff. de do. inter vi. & vxo. l. Quintus.

Non facias alijs, quod tibi minime fieri vis. ff. quod quisq; iuris. in rubrica & per totum titu. & in procemio decreto ũ. dicitur in euangelio. Quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines. & vos facite illis. Contrà. vj. q. iij cap. scriptum, vbi dicitur quòd licitum est, iure diuino comedere vuas in agro alicuius, sed nõ exportare: conterere spicas & comedere licitũ est, sed nõ mittere falcem. de consc. di. 5. discipulos. Solu. hoc æquũ est & permissum de iure diuino pro medica sustẽtatione naturæ & vbi non affertur magnum damnũ alteri. Nam vbi aliquid mihi prodest. & tibi nõ nocet, quum est, vt mihi non prohibeas licet ius sibi deficiat: vt ff. de aqua plu ar l. in summa. §. item Varus. Sed licet si æquum iure diuino tamen non est ius, id est ius non dat ciuilem actionem, vt dicitur in glo. alienum, in cap. omnes leges. dist. 1.

Nemo sibi potest ituperare neque prohibere l. si de re sua. ff. de arb. & ibi glo. quòd verba imperatiui modi non habent primam personam. Contrà de l. 2. ff. si quis cau. in ver. se artauerit. Sol. hoc fuit facto, & non verbo.

De litera O.

OFficium suũ nemini nocere debet, seu esse damnosum. ff. quẽad. testa. ap. l. si quis ex senatorib.

Omnis naturalis obligatio tollitur per pactũ piso iure. ff. de pact. l. sit ibi & l. Stichum. §. naturali. ff. de solut. Contra de l. cum in eo. ff. de pact. secundum Barto.

Origo rei debet inspici Digest. de orig. iur. l. 2.

Omisso medio non potest fieri transitus ad extremum. l. fi. C. vnde vi. no. in l. qui habebat. ff. de vul. & pupil. substi.

Omnis status sub perpetuo motu consistit. in authentico de non alie. §. vt autem lex in glo. in authentico de nuptijs in. §. nuptias. in verbo solubile.

Omnium.

Omnium habere memoriam, & in nullo errare, potiùs est deitatis, quã humanitatis. l. 2. C. de ve. iu. enu. §. si quid autem.

Opinio præfertur veritati. ff. de offic. præto. l. Barbarius. Spec in tit. de sen. §. 9. ver. vt autem. Digest. de ser. cor. l. doli. & ibi glos.

Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei qui sibi benefecit. Digest. de pet. hær. l. sed & si lege. §. consuluit. in glos. in ver. obligauerint.

Omnes in Christo vnum sumus, in authentico de mona. §. huic autem col. 1 & §. pe. eadem col.

Obligatio adhæret ossibus nostris, sicut anima adhęret corpori. ff. de pecu. l quis ergo casus. in gl. in ver. in nominibus quæ allegat concordan. Et imprimitur in nobis sicut character. in anima. l. 3. Digest. pro socio.

Omnia cum consilio & deliberatione sunt facienda. C. de sac sanc. eccle. placet. in princ. extra de consti. ca. ne innitaris.

Ordine turbato succedis Bulgare nato.

Notat glo. ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. hũc versum fecit Bulgarus cum filius suus ante eum decessisset.

Horatius.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Notat glo. ff. de iusti. & iu. l. 1. in verbo pœnarum.

Omnis sapientia à domino Deo est & cum illo fuit semper, & omne datũ optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. l. 1. ff. de legi. in glo. 1. Vnde versus.

Ex ope cælesti fit si quid habetur honesti
Et venit à superis, vt agas bene vel mediteris.

Item, *Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat.*
Nil deus in nobis præter sua dona coronat.

j. quæst. 2. quàm pio.

Omnia interdicta sunt personalia, licet videantur in rem scripta. Digest. de interdictis. l. 1. in fin.

omnia

Omnia videntur solenniter acta, nisi probetur cõtrarium. C. de proba. l. cum precibus.

Ordo debet seruari. leg vt gradatim. ff. de mune. & xciij di. legimus in fi. nam gradatim deferẽdi sunt honores. vt ibi not. Et casum appetit, qui per abrupta quęrit. ascensum. lxviij. di. sicut.

Omnia perfecta à Deo dantur. in auth. vt liberti de cætero. col. 6. in princ.

Omnia per virtutem Dei sperantur. in auth. de leno. col. 3. §. mulieres itaque.

Ordo scripturæ attenditur. l. quotiens. ff. de vsufru. Contrà de leg. nec ordo. Digest. de solu.

Omnis Christi actio nostra est instructio. 2. q. 1. Deus omnipotens. & c. significasti. de elec. & consec. di. 1. ea. solennitates.

Omnia noua pulchritudine sunt decorata. vel melius, Omnia noua placent: & nouitates appetimus. C. de vet. iu. enu. dicit enim ibi text. Multas etenim formas edere natura nouas deproperat.

Omnes alię artes infinitæ sunt sola autem scientia legalis finem habet mirabilem. ff. in proœmio. §. quibus. ratio, dicit mirabilẽ, quia omnia iura sunt miranda, in authentico de consuli. vel dicit mirabilem, quia nulla reperitur quæ finem habeat, nisi hæc ciuilis sapientia: ideo dicit mirabilem.

Oportet priùs animas, postea linguas fieri eruditas. ff. in proœmio. §. illud. & intellige animas ad sensum naturalem in bono faciendo, & malo prætermittendo: & cum dicit linguas, sic, loquendo.

Optima est legum interpres consuetudo. ff. de legi. le. si de interpretatione. ca. cum dilectus. extra de consuetu.

Omnibus adde modũ: modus est pulcherrima virtus. colligitur ex l sed si. Digest. de vsufru.

Omnibus in re propria dicendi testimonium facultatem iura summouerunt. 1. omnibus. C. de testi.

Obligatio est mater actionis. ff. de procu. le. licet. §.

ea obligatio.

Omnia per legem dicuntur permissa, quæ non inueniuntur prohibita. ff. ex qui. cau. ma. le. necnon. §. quòd eis, inquit prætor.

Omni spiritui non est credendum. le. 1. ff. de eo. per quem fact. est. & ibi potest colligi ex gloss. in verbo quamuis.

Omnia sunt hominis gratia comparata. insti. de re di. §. in pecudum & vide supra. §. hominis.

Obligatio semel extincta ampliùs reuiuiscere non potest. Digest. de solu. qui res. §. aream.

Omne ius aut in conseruando aut in acquirendo, aut in minuendo consistit Digest. de legi. l. fin.

De litera P.

PVgna pro patria. Cato & ff. de iust. & iur. l. veluti. Perfectum est id, quod ex suis omnibus partib. constat. Digest. de ori iur. l 1.

Prætoris factũ iuri derogare non oportet. ff. de ser. le. 1. § 1.

Pacta quæ turpem causam continent, non sunt seruanda. C. de pac. l. fi. & le. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. & C de pac. l. pactis.

Punitur affectus licet non sequatur effectus. vide supra §. affectus.

Propter paruam rem non debet maior res immutari. ff. de in integr. resti l. scio. Contrà de dam. infec. l. si proprietarius. in fi. 1. respon.

Par in parem non habet imperium. C. de legi. le. digna vox. cap. in o u t de elec.

Plus facit absentia quàm præsentia cum contradictione. Digest. de recep. ar. l. si in tres.

Parum etenim refert, an ab initio quis dolosè in hereditate sit versatus, an postea hoc facere cœperit. ff. de peti. hære. l. sed & si. §. de eo. in fi.

Partus sequitur ventrẽ. ff. de rei ven. l. partũ. facit optime l. & seruorum. ff. de sta. ho. & inst. de ingenuis. quasi per totum.

Precium

Precium succedit loco rei. Digest. de vsufru. le. quia qui precio.

Proditum est neminem rem suam nisi à fure cõdiceere posse. ff. de vsufr. quemadmo. ca. l. fi. in fi. & glo. in l. 1. Digest. de condi. fur.

Possum facere in re communi inuito socio quod mihi prodest, & illi non nocet. ff. de ser. vr. præ. l. fistulã. §. fin. in glo. fi.

Precia rerum non ex affectione nec vtilitate singulorum sed communiter debent æstimari. Digest. ad l. Aquil. l. si seruum. in prin.

Pupillus non videtur deierare, quia sciens fallere non videtur. Digest. de iurciu. l. qui iurasse in princ.

Propriè res reddita non dicitur, quæ deterior redditur. Digest. commo. sed mihi. §. 1.

Plus valet quod in veritate est. quàm quod in opinione. ff. de pig. ac. le. Gaius. & inst. de lega. §. si quis. & vide suprà. § opinio.

Præsentia non habetur pro consensu l. Gaius Seius. & ibi glo. fi. quæ est notabilis valde. ff. de pign. ac. hoc intellige vbicunque actus qui contrahitur, exerceri potest altero inuito. vt no. Bart. in l. patrem C. de filijsfamilias. & quemadmo. pater pro eis teneatur. lib. x. & ibi vide contraria.

Paupertas prodest. inst. qui. ex cau. ma. §. valde enim in glo. egentes. & ff. de transac. cum hi. §. sed in annos. nam dicit glo. in di. §. valde, Pauper vbiq; iacet. licet ecõtra dicatur, Cantabit vacuus coram latrone viator, Sed à tali prodesse libera me domine. not. per glo. l. si quis. C. de epi & cle.

Plerunq; pauperior opera supplet, quod ei per comparationem patrimonij deest. Digest. pro socio. l. societas contrahitur & inst. eo.

Per plenã à semiplena emptione receditur nõ econtra. ff. de resci. ven, l. si quod purè in prin. & ibi glo.

Peccare non est aliquid posse, sed non posse, vt August. ait. vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc

nõ potest: quia omnia potest. quę posse est aliquid posse tex. in ca. principium, §. vnde ille solus. cir. fi. de pœ. dist. 2. & glo. ibidem dicit. Ex quo enim resistere vitijs, est verum posse, ergo non resistere, est non posse. sed non resistere est peccare: & ita posse peccare est nõ posse resistere. & sic arg. à contrarijs. ar. 22. q. 2. sicut satiùs est. & q. v. sicut enim.

Patientia loco traditionis habetur. ff. de vsufr. le. omnium in prin.

Pauperes viles sunt, in authentico de mand. prin. §. si tibi.

Pœnæ sunt molliendæ interpretatione legum magis quàm exasperandæ. Digest. de pœnis l. penul.

Pacto aliquid licet, quod sine pacto nõ admittitur. Illud Brocar. eligitur per Bal. in c. 1. §. & quia vidimus. in gl. super ver. frater. in ti de his qui feu. da. pos. dicentem quòd pactũ trahit feudum extra naturales terminos feudi ad terminos pacti. Pro cuius intelligentia debes scire quod quædam producuntur in esse per pactum, quædam producuntur in esse natura rei, quædã prorogantur per pactum quædam per pactum conceduntur præter ius commune, de quibus recurre ad dictum Bal. in loco præallegato.

Probationes in criminalibus debent esse luce clariores. C. de proba. l. sciant cuncti.

Propter vnum quod q; tale, & illud magis. C de sac. sanc. eccle. authen. multò magis.

Priuatio præsupponit habitum: vt l. remittit. ff. de iureiu.

Pecuniæ obediunt omnia Ecclesiastæ. x.

Pendente conditione nihil est in re. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi.

De litera Q.

QVando dispositio aliqua potest referri ad duo tempora ita quòd secundum relationẽ vnã vitiatur, & secundum aliam vtilis est, tum facienda est relatio ad tempus secundũ quod valet dispositio, in-

tio. insti. de testa. mil. §. sed hactenus.

Quod certo tempore statuitur vt aliquis affectus inducatur. si tempore inducto non efficitur, non plus tempus spectatur. ff. de ver. ob. l. continuus. in prin.

Quando in vnam personam duo iura concurrunt, parum est ac si in diuersis. leg. tutorem. ff. de his qui vt indig.

Quando aliquod legatum relinquitur, & ibi legato subest fideicommissum, si fideicommissum est impossibile, legatum est verum ff. de le. 2. l. codicillis in fine.

Qui in vno casu sibi prouidet, in alio casu sibi videtur prouidere. no glo. Digest. de condi. cau. dat. l. si extraneus. Contrà. Digest so. ma. l. si cum dotem.

Quando aliquis ostendit affectionem in vno casu præsumitur in alio fuisse gratiosus. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione.

Qui in vno grauatur, in alio debet releuari: & econtra. Digest. de iureiu. l. eum qui.

Quòd infirmari vel vituperari potest præcaueri debet: vt extra de ser. non ordi. c. 1.

Quem spreuerunt, ab eo audiri non debent: vt le. litigatores. in prin. ff. de arbi.

Qui alij consentit, iura sua perdit. C. de admi. tu. cũ quidam. & glo. notabilis in c. si contigerit. in tit. an agna. vel fi. defun. in vsi. feu.

Quod benignè confertur, fraudis consilio reuocari non debet. c. veniens extra de fi. presby. in glo. in verb. restituas. tex. expressus in le. ad res donatas. ff. de ædil. edic.

Qui ad vtrunque festinat, neutrum benè peragit. l. nemo C. de assesso. & extra de offi. vica. c. 2. in glo. prima. Versus.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,
vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. le. ita tamen. ff. de admi. tu. c. qui per aliũ. de re. iu. in 6.

Fallit in casibus ibi notatis.

Quod est commune, est meum. l. si cum vno. Digest. si ex noxa. causa agatur. in glo.

Qui non habet in ære, luat in corpore, ff. de in ius vo. l. fin. Contra. Digest. de pœ. l. in interpretatione.

Qui tacet, consentit. ff. loca. l. item quæritur. §. si contra. ff. de adop. nã ita. de hoc Brocar. vide extra de re. iu. §. qui tacet. & ca. se. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actionibus.

Quantò actus pluriũ voce nititur, tantò maiori auctoritate vallatur. l. puberes. ff. de ver. ob. ad istud bene facit extra de his quę fiunt à ma. parte. ca. per totũ tit.

Quod raro fit, quandoq; fit. ff. de vsufr. l. sed & si.

Qui de vno dicit, de alio negare videtur. C. de procu. l. martus, c. nonne. extra de præsum.

Qui de vno negat, de alio consentire videtur. c. nõ. ne extra de præsum.

Quis non præsumitur nt immemor suæ salutis. l. fi. C. ad le. Iul. repe. circa fi.

Quod nostrum est, sinè facto nostro ad alium trãsferri non potest. Digest. de re. iu. l. id quod nostrum.

Qui non prohibet quod prohibere potest, assentire videtur. C. de ædif. pri. l. an in totum.

Quæ malo inchoata sunt principio, vix est, vt bono peragantur exitu. i. q. 1. principatus. nota gl. in auth. vt iudi. sinè quoquo suffra. fiant. §. si non aliter. in vet. illicitò. & lxj. di. miramur.

quæ non prosunt singula, multa iuuant. C. de proba. l. instrumenta. cum l. seq. in glo. quæ hoc notat.

quæ in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita intelliguntur. ff. de ver. ob. le. Titia. §. idem respondit. & Digest. si cer. pet. l. lecta. §. dicebam.

quod per me non stat, mihi non debet imputari. ff. loca. §. sed addes in fi. l.

qui occasionem damni dat, damnũ dedisse videtur. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac quoque actione.

quòd ab initio non valuit, tractu temporis non conua-

conualescit. Digest. de re. iu. l. quod ab initio.

Quod tacitè intelligitur, deesse non videtur. ff. cer. pe. l. cum quid.

quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Digest. de ser. ru. præ. l per fundum.

quantò agens est perfectius, tantò effectus est perfectior. C. de testi. l. iuri siurandi, & ibi potest colligi ex quo dignioribus personis magis quàm vilibus adhibetur fides.

quæ contra legem fiunt, pro infectis habentur. C. de legi. l. non dubium.

quando aliqua differunt specie, vnum non potest de alio prædicari. ff. de ver. sign. l. antepenult.

quod approbo, non reprobo. ff. de nego ge. l. Pomponius.

quilibet potest renunciare iuri pro se introducto. C. de pact. l. si quis conscribendo. Contrà de. cap. si diligenti. extra de fo. compe. Sol. hic. clericus non potest renunciare suo priuilegio clericatus quia priuilegium non est tantum indultum. In fauorem priuati clerici, totius clericatus & etiam in odium laici. Et ibi notatur, quòd priuatorum pactio iuri publico minimè derogare potest etiam cum proprio iuramento. ratio. quia iuramentum illud seruari non debet, quòd contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur. vide doc. in d. c.

quod per me non possum, nec per alium. Digest. de dona. inter vi. & vxo. l. 3.

qui certus est certiorari non debet. Digest. de acti. emp. l. 1. in fi. & vide supra. §. certus.

quæ manifesta sunt, non indigent probatione. 2. q. 3. mani festa & vide suprà, manifesta.

quilibet debet pro suis negocijs vigilare, quia vigilantibus &, non dormientib. iura subueniunt. ff. de his quæ in fraud. credi. l. pupillus. in fi. & creditori; licet vigilare ad suum consequendum. ff. de peculio. l. quòd debetur.

Quantò magis crescit puella, tantò magis est impendendum in ea. ff. de ali. & ciba. leg. l. cum vnus in glo. final.

Qui partem tangit, totum tangere videtur. l. vulgaris. Digest. de fur.

Quę in continenti fiunt, inesse videntur. l. lecta. Digest. si cer. pe. & ca. officium. de elec.

Qui totum cupit totum perdit. C. quando & quib. quanta pars debetur. quasi per totum.

Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. ff. de interroga. act. le. de ætate. c. insinuante. extra de offic. de leg.

Quod non mutatur, stare non prohibetur. l. præcipimus. C. de appel. in fi. l. & sancimus. in prin. C. de test.

Qui malè agit. odit locem. ff. de ven. inspici. le. 1. Et non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur opera eius. Ioan. 3. c. consuluit de offi. dele.

Qui iure suo vtitur, nemini facit iniuriam. de electione. c. cum ecclesia Vulterana. & ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. 1. & ff. de aq. plu. ar. l. 1. §. deniq; Marcellus.

Quanto aliqua sunt periculosiora, tanto cum maiori difficultate conceduntur. l. quotiens. C. de preci imp. offe.

Qui non laborat, non manducet. Digest. de dam. infec. l. quamuis in glo.

Quisq; suo contentus, non debet inuidere alienis. ff. fi. re. si irruptione. in glo. in verbo abstinere. Nã suis terminis debet quisq; contentus esse, nec suprà mensuras sui iuris affectet augeri: vt dicit. ca. si quis Episcopus. in fi 12 q. 1.

Quæ ad vnum finem tendunt, contrarium non debent operari. vide suprà in litera. 1. §. illa quæ ad vnum.

Qui non est mecum, contrà me est. C. de Iudæis. lecœlicolarum. Et qui non mecum congregat, spargit. Matthæi 12.

Quanto

Quantò aliqua res magis appropinquat ad tempus suæ corruptionis, tantò debiliores sunt virtutes. C. de testa. l. quoniam.

Quantò aliquis præest melioribus, tantò melior & honestior est, in authentico de defenso. ci. §. nos igitur. col. 3.

Quicunque desiderat primatum in terris, inueniet confusionem in cælis. tex. cap. quicunq; xl. di. in ca. dicitur. Nõ qui maior fuerit in honore, ille iustior: sed qui fuerit iustior, ille est maior ratio, quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. xxiiij. q. iiij. sicut. 2. Alibi tamen dicitur quod magis præsumitur pro illo qui plura stipendia habet in ecclesia. in glo. notabili in ca. si officia. lix. di quia is gradus cæteros antecedit, quem labor prolixior & stipendia meliora faciunt anteire. C. de offi. ma. offi. l. nemo. lxj. di. miramur. dicitur tamẽ quòd priùs ordinati præferuntur in beneficijs & honoribus & alijs. xvij. distin. §. hinc. extra de ma. & obe. cap. 1. in glo. in ca. ordinationes. lxxv. dist. Sed ista non sunt aduersa, sed diuersa in suis singularibus intelligenda, vt in prædic. ca.

Quod nullum est, præstare impedimentum nõ potest. Digest. de hære. inst. l. si quis.

Quand oportet *vient en la place, il conuenient que on le face* C. de appel.

Qui se ingerit, est suspectus. ff. de procurato. l. quæ omnia. §. 2.

Qui indignus est inferiori ordine, indignus superiori. Digest. de sena. l. qui indignus.

Qui est cum inimicis meis, amicus meus non est. C. de inoffic. testa. l. liberi. §. fi. & ob hoc filius exhæredat matrem. & econtrà. simile extra de accu. cũ oportet. & iij. q. v. cap. iij. optima glos. in cap. si inimicus. xciij. dist.

Quis ex suo dolo præmium reportare non debet. Digest. de arbit. l. ita demum. facit cap. ex tenore. de rescrip. & de iudicijs. ca. intelleximus.

Quod ab initio non valuit, tractu temporis confirmatur. l. adoptio. ff. de adopt. & l. 2. C. si maior factus. Contrà. ff. de reg. iur. quod ab initio. & inst. de inutil. stipul. §. 1. Solut. vt in glo. l. per fundum. ff. de ser. vrb. præ.

qui prior appellat prior agat. ff. de iud. l qui prior. ista regula habet plures fallentias, quas vide per glos optimam in di. l. qui prior. in verbo appellat.

quod volui, non potui: & quod potui, non volui. extra de offi. dele. ca. cum super abbatia. & vide ibi gl. fin. Apostolus dicit: Non quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malũ illud facio. quia primi motus non sunt in potestate nostra glo. in c. inter hęc de pœ. dist. 2. & dist. 6 sed pensandum. & in glo. c. homicidium. de pœni dist. 1.

quod quis in alterius persona conseruat, in sua debet conseruare. ff. quod quisq; iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur. per totum.

quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. ff. de rei ven. l. quæ religiosis. in prin.

qui primò percutit, facit rixam. ff. ad le. Aquil. le. si ex plagis. §. tabernarius.

qui tacet affirmat. vide supra. §. qui tacet.

quod ex re mea nascitur, videtur esse meum. Digest. de rei ven. l. solùm.

qui non habet nisi decem solidos & tantũ debet, potest dicere quòd non habet denarium qui suus sit. ff. de neg. ge. l. si quis mandato, & ibi colligitur in fi. legis,

quando aliquid prohibetur, & id per quod peruenitur ad illud. ff. de sponsa. l. oratio

qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. c. literas. de restit. spoli. §. horum autem assertionem. notatur extra de consue. c. cum tanto. & de præscript. cap. quoniam omnes.

qui confidit conscientiæ, & negligit famam, crudelis est. 12. q. 1. nolo vt dicit Seneca, Conscientiam tamen

men plus, quàm famam attende. falli potest fama, conscientia nunquam: vt ait Socrates. & 11. q. 3. ca. in cunctis. vbi dicitur: Quem enim conscientia defendit, liber est.

Quod quisque ob sui corporis tutelam facit, iure fecisse existimatur. ff. de iusti. & iu. l. vt vim.

quod contra rationem iuris introductum est, non debet trahi ad consequentiam. l. quod verò. ff. de legi.

quis contra factum suum proprium non venit. Digest. de adop. l. post mortem

quæsita dignitas liberis, propter casum patris remoti à senatu, non est auferenda. ff. de sena. le. filium.

quis est acceptus propheta in patria sua. C. de offi. præto. l. tres tantummodo. Contrà. ff. de offi. præto. l. Barbarius. Contrà dicitur in sacra scriptura Marci. 6. vbi dicitur, Non est propheta sinè honore nisi in patria sua. Oldra. no. in l. hi qui. ff. ex qui. cau. maio. Sed potest dici quòd magis honoratur quis extra patriam suam quàm in patria sua, quia non habet tantas corruptionis causas extra patriã, quàm in patria sua: propter quod fortiùs iustitiam colit, & sic meliùs honoratur extra patriam suam, &c.

quid enim tam contrarium est consensui quàm error qui imperitiam detegit? ff. de iurisd. om. iu. l. si per errorem.

quis potest alterius ignorantis & inuiti conditionem facere meliorem non autem deteriorem. Digest. de nego. ge. l. soluendo.

quod enim appellatio maioribus interposita præstat. hoc beneficio ætatis minores consequuntur. ff. de mino. xxv. an. l. præses.

qui scit suum ius: eligendo aliquid quod credit habere, non amittit quod habet. l. mater. Digest. de inoffic. testa.

quod accedit, sequitur naturam eius cui accedit. ff. de vsufru. l. si fundo. vide supra. §. accessorium.

quis dat quod non habet. ff. de vsuf. l. quod nostrũ.

Contrà

Contrà. ff. de acquir. re. do. l. traditio. & ff. de iurisdi. omn. iudi. l. eum qui.

Quod non est, amitti non potest. ff. qui. mo. vsusfr. amit. l. 1. in glo. in verb. non amit.

Quod principaliter prohibetur, per consequentiam admittitur. l ff. si vsusfru. pe. in glo. 1. in fi.

Quod ab initio non valuit, tractu tēporis non conualescit. ff. de ser ru. præ l. per fundum. & ff. de regul. iu. l. quod ab initio.

Quod debetur toto, debetur parti. ff. de ser. ru præ. l. vna est via.

Qui alium facientem ex officio prohibere necesse habuit, id ipse committere non debuit. ff. si ser. vend. l. altius.

Quando fit plus, quàm fieri debet, videtur etiam ipsum fieri quod faciendū est. l. si cui. ff. quemadmo. ser. amit. Contrà. Digest. man. l. diligenter.

Quædam veniunt in hæreditatis petitione, quę nō veniunt in familiæ herciscundæ iudicio l. fundus qui dotis. ff. familiæ herci. in fi. legis.

Quædam tacita, pro expressis habentur. ff. de re. cre. l. cùm quid.

Quod iuris est in principali, idem & in accessorio. ff. commo l. si vt certo.

Quod ex re mea acquiritur, mihi non obligatur. C. de rei ven. l. si ex ea.

Qui non improbat, probat. ff. ad Mace. l. si filius.

Qui parum diligentem socium sibi acquirit, de se queri debet. ff. pro socio. l. socius socio. & instit. de societate in fin.

Quædā transeunt cum vniuersitate, quæ per se non transeunt. ff. de contrahenemp. l. in modicis. c. ex literis. de iur pa.

Quilibet homo tenetur naturaliter alij benefacere. ff. de ser. expor. l. s. ruus. ver. nec videtur. in glos. in ver. affici.

Quod vix fit, fieri dicitur. l. vix. Digest. de iud.

Quod

Quod differtur, non aufertur, l. cùm furiosus. ff. de iudic.

Quod mecum non est gestum, ratum habere non possum. ff. de nego ge. l. si pupillus. §. si quis seruus. in glo. in ver. nihil agitur.

Qui in locum alterius succedit iustam habet ignorantiæ causam. de reg. iur. l. qui in alterius.

De litera R.

Res inter alios acta nō debet alijs nocere, nec prodesse. ff. de re iudi. l. sæpè in prin. & C. de fide instru. l. 2. in fi. Fallit hæc regula in casibus notatis per glo. in dic. l. sæpè. & in casibus notatis per glos. in l. 2. C. qui. res iudic. non nocet. Similiter in popularibus actionibus & in publicis iudicijs, vbi non noces, nisi collusio detegatur.

Res empta de pecunia mea, nō est mea. C. de rei ven. l. si ex ea. vide ibi bonam glo.

Remittentibus suas actiones amplius non est recursus ad eas. ff. de ædi. edic. l quæritur. §. si venditor.

Res subrogata in locum alterius eius naturam sortitur, in cuius locum subrogatur. ff. de regu. iur. l. qui in alterius.

Rarum omne carum in authentico, vt sine prohi. ma. col. 7. §. 1. & in authentico de consul. §. à Marciano. in fi. & Degest. de legi. l. nam ad ea.

Responsio habet fieri secundum interrogationem. Digest. de inter. ac. l. si debitor.

Rebus & nō verbis legem imponimus. l. 2. C. communia. de lega.

Res non videtur esse in loco de quo statim est recessura. l. 1. C de ver. sign.

Res de facili reuertitur ad suam naturam. ff. de pac. l. si vnus. §. quod & in specie dotis.

Ratio potest allegari deficiente lege vel canone. xix. distinct. si Romanorum. & distinct. viij. frustra & ix. distinct. sana quippe. nam & ratione deficiente deficit lex: vt not. glo. ad finem. §. post annum. in ver. &

rei ha-

rei habet.ff.de eo quod met.cau.l.si cum.

Ratio est eadem, lex extenditur.l.1.§.quod vulgo.ff. de vi & vi ar.

Rescriptum quod non habet illam clausulã,si prees veritate nitantur non valet.l.vniuersa.C.de diuersis rescriptis.c. ex parte.1.extra de rescriptis.

Res iudicata pro veritate accipitur. l. ingenium. ff. de sta.hominum.

Remoto principali, remouetur accessorium. ff. de fideiuss.l.si Stichum.in fi.melius in l.2.ff.de pecu. leg. & in l. fundi instrumento.ff. de instru. vel instru.leg. in fin.legis.

Res per pecuniam æstimatur,& non econtrà.ff. de fideiuss.l.si ita fideiussorem.

Res diuinæ perfectissimæ sunt:humani verò iuris conditio semper in infinitum decurrit,nec est in ea quod perpetuo stare possit.l.1.C.de vet.iur.enuc.§.sed quia diuinæ.

Ratione contractus quis sortitur forum.l.hęres absens.ff.de iud.§.1.& c.dilecti filij extra de fo.comp.

Res sacra non recipit æstimationem.ff.de re.diui.l. sacra loca.in fin.& inst.eo tit §.sacræ res.&c.

Ne enim non potest obligatio contrahi,nisi quatenus datum sit.ff.de pac.l.si tibi.

Restituii in pristinum statum pristina iura debent. Digest.de ser.ru.præ.l. & Atilicinus.in fin.

Res tantum valet quantum vendi potest cap. cum Ioannes Eremita.de fide instru.verum est cum pactis appositis.non simpliciter.l.si venditor.§.fin.ff.de ser. expor.Ita limitat illam regulam Bar.in c.1.in titu.qui feu.da.pos.ver.& de pacto.vide nota. in l.longæ. Digest. de diuer & tem.præscri.

Remittendo sortem videtur quis remittere pœnã, Digest.de eo quod cer.lo.l.fi.

Reprobata pecunia non liberat soluentem. Digest. de pig.ac.l.eleganter.§.qui reprobos.

Rerum inhonestarum nulla est societas.ff.pro soc. l,nec prætermitendum. Reseri-

Rescripta non debent dari & data non valent quæ ius alterius tollunt C.de rei ven.l.in ciuile.

Res sua nemini seruit.l. vti frui.ff. si vsus fru. pe.in princip.

Res transit cum suo onere.l.si conuenerit. ff.de pignorat.actione.

Redditur in inuitum,iudicium.ff.de verb.obliga.l. Inter stipulantem.§.1.

De litera S.

SI non valet quod ago,vt ago,valeat vt valere potest.C.de testa.l.non codicillum.

Sapiens fallere non vult, falli autem non potest. ff.de iusti.& iure.l.iustitia.§.iuris prudentia.in gloss. vltima.

Si illud quod minus videtur inesse, inest, & illud quod magis.pulchrè habes istud argumentum in cap. cùm in cunctis & ibi glo. in verbo multò fortius quæ allegat concordan.extra de elect.& in eadem glo. habetur de argumento à maiori ad minus.& ideo recurre ad eam quia est nobilis.

Si vinco vincentem te,à fortiori ratione vinco te.ff. diuer.& tempo.præ.l.de accessionibus.§.1.& ibi vide glossam in versi.debet.ponentem multas exceptiones ab hac regula.

Super facto nõ est princeps consulendus.ff.de testi. l.3.& ca.1.de consti.lib.6.

Semper quis præsumitur ignorans. nisi probetur sciens. Digest. de proba.l. verius.

Semel malus.semper præsumitur malus.ff.de senat. l Cassius.& cap.semel de regul.iur.libr.6.quod est verum in eodẽ genere mali,vt ibi glossa notabilis dicit.

Succurri debet ei qui laieno vitio laborat. C. de natu.libe.l.legem.

Sacros canones non dedignantur leges imitari.in authentico,vt cle.apud proprios episc.§.pe.col.6. in

authen.

authentico de eccle. titu. §. de regulis. col. ix. & per notata in cap. 1. de ope. no. nuntiat.

Signatio habetur pro traditione. l. quod si neque. de pericu. & commo. rei ven. ff. & ff. eo l. §. si dolum.

Sanus non eget medico, sed malè se habens. de pœnit. di. 1. c. ecclesia Christi.

Semper est bonum addiscere. ff. de fideicommiss. liber. l. apud Iulianum. & ibi habetur. Si haberē pedem in sepulchro, tamen adhuc addiscere vellem. Paulus & Seneca aiunt quòd nulla ætas est sera ad discendum. Vnde versus.

Viuamus puri, quasi cras simus morituri.
Discamus veluti de vita perpetui.

Sermones sunt intelligendi secundum materiam subiectam. Digest. loca. l. si vno.

Sanctius est enim in ordinatione sacerdotum paucos bonos, quā multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum ducat, ambo pariter in foueam dilabuntur. cap. cùm sit ars artium. extra de ætate & quali. ordinan.

Successio in ecclesia Dei hæreditaria detestatur. extra de fi. presby. c. ex transmissa.

Sub prætextu liciti non debet admitti illicitum. ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. sicuti. & vide suprà. §. non sunt facienda.

Spoliatus ante omnia debet restitui. l. 1. C. si per vim. & extra de restit. spol. ca conquerenti. & quasi per totum titul. & l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi priua. vel pu.

Sufficit aliquid fieri de iure, vel de facto. l. prohibere. ff. quod vi aut clam. in princi.

Sententia debet esse conformis libello. ff. de cōmuni diui l. vt fundus. & cap. licet Heli. §. nam iuxta. extra de simo.

Securiùs expediuntur negocia commissa pluribus, C. de fideicom l. vlt. & in c. prudentiam. extra de offi. dele. & cap. extra conscientiam. 64. di.

Sufficit

Sufficit allegari non esse iure cautum. C. de locato. l. illam.

Scire leges, non est earum verba tenere, sed vim ac potestatem. Digest. de legi. l. scire leges.

Sine causa neminem prætor audit. ff. de transac. cū hi. in prin.

Sufficit bene incepisse, licet diuersus effectus sit secutus. Digest. de nego. gest. l. sed an vltro. §. 1.

Sibi imputet. qui talem elegit. ff. de mi. xxv. an. l. cum mandato.

Seruus non potest dominum suum vocare in ius. Digest. de iudi. l. lis nulla.

Scienti & volenti non fit dolus. l. cum donationis. C. de transac. & reg. iur. li. 6.

Scholari non licet in domo sua inuitis socijs suis retinere gancam. ff. de vsu. & habi. l. non aliter. & ibi gloss.

Sæpè solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Digest. famil. herci. l. planè.

Sententia pro parte valet, & pro parte non. ff. fam. herci. l. quædam.

Sufficit semel interfuisse. ff. de ser. cor. l. doli. & ibi glo. in ver. nata actio, & l. qui autem. ff. si quis cautio.

Satis est si aliquid fit ad voluntatem eius cui fit. l. non erit. ff. de iureiur.

Semper fur. est in mora. ff. de condict fur. l. in re furtiua. in fin.

Secundum diuersa loca diuersa rerum constituūtur preci. l. ideò. ff. de eo. quod certo. loco. Et notatur in l. precia rerum. §. nonnullam. ff. ad le. Falci. quòd ex loco & tempore rerum precia variantur. & caristia quæ medio tempore fuit, non inspicitur.

Scientia vnius nocet alteri. l. sed Iulianus. Digest. ad Mace.

Solus dolus in deposito venit. Digest. depositi. l. 1.

Socius socij mei, socius meus nō est. Digest. pro soc. l. nam socius.

Societas quoddam ius fraternitates habet in se. l. verum. Digest. pro socio.

Sinè precio nulla est venditio. Digest. de contrahen. l. 2. insti. emp. & ven. §. precium.

Sensus magis quam verba debet inspici. ff. de contrahen. emp. l. sed Celsus. §. in emptis.

Si quis aliquem testari prohibuerit, ab eius hæreditate repellendus erit. C. si quis aliquem testa. prohi. l. 1.

Speciale ius est communi iuri contrariũ. l. 1. Digest. d municipalem.

a Simplicitas est amica legibus. Specu. in titu. de positione. §. 4. & 6. Insti. de legit. agna. succes. §. sed quia sanè in fine.

Species furti est de alieno largiri. l. filius. ff. de dolo.

Scientia nobilitat. C. de postu. l. prouidendum, &c. Alibi dicit apostolus (j. ad Corinth. viij) quèd scientia inflat, charitas verò ædificat. & ista notantur in c. nisi cum pridem. extra de renun. dicit tamen Apostolus, quod saqientia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. ad Corinth. 3.

De litera T.

TEmpore necessitatis omnia debent esse communia. ff. ad l. Rhodiam de iac. l. 2. §. cum in eadem: communia inquam. i. communicanda in tempore necessitatis. & ibi notatur. & 12. q. 1. duo. & q. 2. aurum & lxxxvj di. non satis fide bonam glo. in c. sicut. 2. qui. xlvij di. in verb. commune.

Tantm valet res quantum vendi. potest homini scienti eius conditionem, & recipienti in se periculũ eius rei. Digest. de dona. causa. mor. l. qui hominem.

Turpia lucra ab hæredibus sunt extorquenda. l. in hæredem. Digest. de calum.

Terminus in quo contrahitur, in stipulationibus est magis inspiciendus, quàm terminus ad quem. l. si filius. Digest. de ver. oblig.

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Nota

Nota gloss. in authen. vt iudi. sinè quoquo suffrag. §. illud videlicet in glo. in ver. exemplum.

Tot sunt stipulationes, quot sunt res. l. sciendum. de ver. oblig.

Talia debent esse subiecta, qualia prædicata permittunt. l. transfigere C. de transac. & l. quotiẽs. C. famil. hercis. l. si seruus plurium. §. fi. Digest. de lega. 1.

Tantum valet generale in omnibus, quantum speciale. in singulis. l. si duo. Digest. de admi. tut.

Tempus conceptionis spectandum est. ff. de sena. l. emancipatum.

Tota quæstio simul debet terminari. ff. fa. herci. l. in hoc iudicio.

Pro Tempore & loca varia iura statuũtur. ff. de exercito. l. 1. in prin. glo. in verbo, tempore.

Tabellio scire iura tenetur l. iubemus. C. de sac. san. eccles̃ijs.

Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis l. obligationum ferè. §. placet. ff. de ac. & oblig. & C. de pac. l. si certis annis & ibi doc. vide. Io. Fa. ibidem.

Tempus aggrauat delictum. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. maximè tempus noctis. §. vt ibi notatur.

De litera V.

VOluntas testatorum est ambulatoria vsque ad mortem. ff. de alimen. l. ga. l. 3.

Vniuersalis in parte falsa, in toto falsa est. Digest. de re. du. l. si is.

Vis maior est, cui resisti non potest, & aduersus quam parum prodest custodia. l. 2. Digest. quod metus causa.

Viso vno contrariorum, cognoscitur & reliquum. ff. de his, qui sui vel alieni iuris. & inst. eo. tit.

Vnicuiq; licet contemnere, quæ pro ipso introducta sunt. l. fi. Digest. de mino.

Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Digest. de alea. l. 1.

Verba generaliter prolata non pertinent ad ea, de quibus nominatim cauetur, vide glo. ad verbum cauetur. l. doli clausula. ff. de ver. oblig.

Vniuersa bene & competenter geruntur. si rei principium fiat decens & amicabile Deo. in authen. quomodo oportet epi. col. 1. circa. principium.

Vbi nulla petitio, ibi nulla mora ff. de verb. oblig. l. si pupillus.

Vno inconuenienti dato plura sequuntur. in authent. vt iudi. sine quo quo suffrag. fi. §. quod non aliter. col. 2.

Vna est aliarum omnium virtutum perfectissima quæ iura vnicuique tribuit. in authent. vt omnes obedi. iud. prouin. col. 5, in prin.

Vir & mulier vnum corpus & vna anima reputantur. l. si constante. Digest. so. ma. & ibi glo. notabilis.

Vbi maius periculum, ibi cautius est agendum. l. 1. ff de Carbo. edic. & c. vbi periculum de elec. li. 6.

Vbi locum habet remedium ordinarium, non recurritur ad extraordinariū. ff. de minori. l. in causæ.

Vitiorum defuncti est hæres successor. not. gloss. l. in l. nec vllam. §. Neratius. in glo. ad verb. hæreditate esse. Digest. de pet. hæred.

Victus victori in expensis condemnatur. C. de iudi. l. properandum.

Valet tantum pedem tenere, quantum excoriare. di. ad le. Aquil. l. item.

Vnus soluens in pœnalibus alios non liberat. ff. ad le. Aquil. l. item.

Vim vi repellere licet. l. vt vim. ff. de iusti. & iure.

Vtile per inutile non vitiatur. l. 1. ff. de verb. obli.

Verba cum effectu sunt accipienda. l. 1. ff. quod quisque iuris.

Vbi eadem ratio, ibi idem ius. l. à Titio in fi. ff. de verb. obl. l. illud ff. ad l. Aquil. gl. fi. in §. fi. Instit. qui & ex qui. cau. ma. non. pos.

Vbi ratio deficit, ibi fides supplet. c. firmiter de summa

summa trinita. & fid. catho.

Ventis valdè conturbatur domus altè elata. l. si cuius. §. Item Nerua. Digest. de vsufru.

Vxori per virum fit honor naturaliter, & nō econtra: vt l. 1. C de in ius vo.

Virtutum omnium mater est discretio: vt c. 1. extra de offic. custo.

Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga. c. & si Christus. extra de iureiur. hæc notantur Ecclesiastici. xxiij.

Virginem post ruinam quis suscitare non potest. xxxij. q. v. si Paulus.

Vtilis actio directæ præferter. ff. de procu. l. procuratore.

Verba ambigua secundnm intentionem proferentis sunt accipienda. ff. de iudi. l. si quis.

Vagus scholaris non fiet magister. C. de tyro. l. 1. li. xij. Nam qui parum studet, parum proficit. C. de proxi. sac. scrin. l. vnde: Omne artificium per exercitium recipit incrementum. ff. d. l. 3. legatis. §. ornatricibus. & nota. in d. l. C. de tyro. per Bar. quòd ille dicitur vagabundus, qui non firmè stat in aliquo loco. tex. in l. iiij. §. abesse. ff. de dam. infec.

De litera Z.

ZElus aliquando est bonus, aliquando malus: vt c. fi. extra de offi. custo.

Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Ecclesiastici. xxx. Et sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia nocet cordi. Prouerbiorum xxv.

FINIS.

300.2
KSIĘGARNIA
ANTYKWARIAT
DOM KSIĄŻKI
E 588758